



OVI. BHSC SC 09778. 1



661

596

9448

Imped Antonium Blazium impreso
in Camerino. M D LYR

9.778

UVA. BHSC. SC 09778_1

468 36t 36t
ANTONII

MASSAE GALLESII.

D E A N N A T I S
S E R M O.

Nunc primum in lucem editus.



Romæ apud Antonium Bladum impresso-
rem Cameralem . M D LXIII.

Christophori Ronconij

DOCTISSIMO ET HUMANISS.

viro Antonio Massæ Gallesio iuris Civilis
apprime docto, Antonius Bladus
Asulanus S. P. D.



V M omnes artes, eæ quidem,
quæ sunt homine libero dignæ, hoc
habent, ut erga eos, qui ipsis in ar-
tibus cum laude uerantur, amorem
quemdam concilient: tum uero præ
cipuum hoc esse uidetur litterarum munus; coque magis,
si moribus, et probitate scientia commendatur. porro
cum hæc ipsa, quæ a libris, et studio petitur, multiz
plex admodum cognitio sit (est enim multis distincta par-
tibus, multasque tamquam in classes disperita) in uniz
uersa tamen litterarum doctrina elucet in primis ea, quæ
iuris civilis scientia dicitur: quam coluere ueteres illi pa-
rentes nostri, ueræ pietatis cultores, quibus erant in amo-
re Dei, et in optimis cogitationibus, ac factis omnia con-
stituta. Hanc tu pœne diuinam uirtutem, doctissime
Gallesi, natura impulsus, amasti semper mirifice, et
quod uolebas, es affectus, ut scilicet nemo tibi in agen-
dis causis præstaret, nemoque te in hac omnium difficil-
lima, eademq; pulcherrima scientia doctior esset: Cum au-
tem mihi ab incunte ætate nihil antiquius fuerit, quam ut
quoquo modo possem litterarū studiosos inuarem, nuncq;

A ij

tua præclara opuscula ab ijsdem uehementer laudari audi-
rem, & inter ea quod de Annatis inscribitur: in eo
enim libello, non tam ex iuris ciuilis, quam ex sacris an-
tiquorum Patrum libris accurate contexto, te ipsum fa-
cis approbare eam partem, que ad Ecclesiæ dignitatem
non minimum spectat) maximopere claboravi, ut eius
exemplum ad me afferretur. nec tamen, mibi crede, mul-
tum operæ consumpsi; omnes enim boni, bonarumque lit-
terarum cupidi tua scripta auidè appetunt, nec ullam oc-
casione legendi, uel cum maximo sui labore, præ-
termittunt: tanta apud eos est tuæ doctrinæ aestima-
tio. Ad manus igitur meas cum peruerterit, cumque eum
prælis meis imprimere, in lucemque emittere fixum in
animo meo esset, uetusque consuetudo sit, omnes libros
alicui inscribere, quicuia suscipiat tutelam, nemo mibi,
cum paulo attentius considerasset, te ipso dignior occur-
rit: quippe qui eum ipsum tuum librum a maleuolorum
obtrectationibus, si tamen erit umquam, qui tua scripta
improbare audeat, quā quisquam, commodius defensurus
esses. Hunc igitur tuum tam præclarum libellum, doctis
sime, & humanissime Gallesi, mea diligentia proferri
ne dedigneris, meque, qui eximiias tuas uirtutes semper in
omni sermone ad cælum sustuli, ea humanitate, qua alios
tibi deuincire solitus es, complectere, complexumq; sem-
per retine. Vale.

SVMMA EORVM, QVAE CONTI-
nentur in Sermone Antonij Massæ,
de Annatis.

In prima parte, quæ dat cognitionem rei de
qua agitur, hæc insunt.

- 1 Partitio totius tractatus in partestres. pag. 1
- 2 Species Annatarum duæ. pag. 2
- 3 Commune, & minuta seruitia; nec non Annata
propriæ dicta, quid sint. pag. 1
- 4 Quæ singularum specierum fuerit origo, & quæ
sit earum qualitas. pag. 2
- 5 Q uod prædictorum ignoratio, errare fecit ferè
omnes, qui pro Annatis, & qui contra eas, à
tempore Constantiensis Concilii citrā scripse
runt. pag. 3
- 6 Diuersa exactiōnum genera, quæ antiquitus Ro
mani Pontifices facere consueuerunt, ex fructi
bus Ecclesiasticorum totius orbis beneficio
rum. pag. 4
- 7 Decretum Caroli vi. Regis Francorum, contra
exactiones Benedicti xiii. pag. 4
- 8 Decretum Gregorii xii, reducens commune &
minuta seruitia, & Annatas locorum, quæ tunc
erant Regni Franciæ, ad medietatem quantita
tis debitæ; vnde originem habuit nomen Pa
triæ redactæ. pag. 5
- 9 Constitutio Bonifacii ix, super institutione di
midiæ Annatæ. pag. 7
- 10 Q uod dicta dimidia Bonifaciana, successit in
locum eius Annatæ, quam integrum antea Pō
tifices ad tempus certum referuare sibi sole
bant. pag. 8

Secunda pars in qua tractatur Annatarum iustitia
habet hæc capita.

- 11 Argumenta eorum, qui scripserunt contra Annatas. pag. 10
- 12 Argumentatio Ioannis Gersonis. pag. 10
- 13 Decretū Cōcilii Basiliensis cōtra Annatas. p. 11
- 14 Argumentatio Cosmæ cōmentatoris pragmati cæ sanctionis Franciæ. pag. 11
- 15 Quorundam Nicolai Clamengii, & aliorum in nominatorum friuola argumenta. pag. 14
- 16 Initium confirmationis iustitiae, communium, & minutorum seruitiorum. pag. 15
- 17 Declarantur supradicta vocabula exactiōnum, quæ antiquitus Romani Pontifices facere sole bant ex fructibus beneficiorum. pag. 15
- 18 Argumentum primum pro Annatis, ex antiquitate. pag. 17
- 19 Secundum, ex auctoritate Concilii Viēnensis, & Io. Andreæ; quòdque illius uerba falso de prauauit commentator pragmaticæ. pag. 18
- 20 Tertium, ex auctoritate Concilii Constantien sis. pag. 19
- 21 Quartum ex communi omnium nationum ob seruantia. pag. 21
- 22 Eadem argumenta replicantur pro dimidia An nata Bonifaciana. pag. 21
- 23 Initium confutationis argumentorum quæ supe rius facta sunt contra Annatas. Et primo con tra dicta Ioannis Gersonis: vbi ostēditur quòd ille deceptus fuit in facto, credens huiusmodi solutiones fieri pro precio prouisionum aposto licarum, quod demonstratur esse falsum. atq; ex illo, & aliis dicti Gersonis locis, ostenditur

- 7
- ei⁹ auctoritatem esse pro Annatis. pag. 22
- 24 Contra decretum Concilii Basiliensis: vbi etiā dicitur de concordatis Germaniæ super Anna tis: Et de denario S. Petri, ultra commune & minuta seruitia, sedi Apostolicæ vsquè ad no stra tempora, in Regno Angliæ solui solito. pag. 27
- 25 Verba ex oratione Petri Episcopi Brixinensis, contra dictum decretum Basiliense, nomine Pō tificis Eugenii, coram Henrico vi. Angliæ Re gehabita. pag. 30
- 26 Contra glossatorem pragmaticæ sanctionis, & ab illo facta, superius relata, argumēta. pag. 35
- 27 De prædicta pragmatica Franciæ sanctione, & illius confutatione. pag. 41
- 28 De Decimis, quas Principes seculares à seipſis, vel prætextu cōcessionis Pontificiæ, in suos vſus exigunt: et circa id, uerba Alberici Rosati contra dictorum secularium Principum auaritiā; & de malo exitu, quem solēt habere gesta prin cipum eorundem. pag. 41
- 29 De concordatis inter Leonem Papam X. & Frā ciscum Regem illorumquè aduersus Duarenī Iureconsulti obiectum, defensio. pag. 44
- 30 Contra dictam Franciæ pragmaticam, uerba ex oratione dicti Petri Episcopi Brixinensis, no mine dicti Papæ Eugenii, coram Carolo vii Rege Franciæ habita. pag. 45
- 31 Contra eandem pragmaticam, Heliæ Turonen. Archiepiscopi (qui fuit etiam consiliarius Ludouici xi. Regis Franciæ) verba sumpta ex li bello per eum in confutationem dictæ pragma ticæ edito. pag. 48

Tertia pars , quæ continet usum secundum quem
 Annatæ soluuntur , habet regulam affirmati-
 uam , à qua excipiuntur multi casus , pro qui-
 bus Annata uel omnino non soluitur , uel eius
 solutio in dié certum differtur , aut in alicuius
 conditionis euentum suspenditur . pag. 53

E R R A T A.

- Pagina 2. ver. 5. quod inter ; quod inter .
- Pag. 13. ver. 24. qui accipiebant ; quia .
- Pag. 24. ver. 2. pro illis soluitur Annata : pro illis
 non soluitur .
- Pag. 26. ver. 23. obiectis : obiectis . Ibidem uer. 29.
 obiectio ; obiectio .
- Pag. 27. ver. 5. extortionem : extorsionem .
- Pag. 30. ver. 17. Iurisconsultibus : Iurisconsultus .
 Ibidem ver. 18. Brissinensis : Brixinensis .
- Pag. 31. ver. 25. iuxta : iusta .
- Pag. 36. ver. 3. ignorant , adetegitur : ignorantia
 detegitur .

DE MATERIA ANNATARVM.

AD ILLVSTRISSIMVM ET
REVERENDISSIMVM D^{icitur} CAROLVM
Cardinalem Borromeum, Sermo,
ANTONII MASSAE Galesii Ciuis Romani.

Caro
Borromeus
Hugo de
Ghelan



E Annatis, Carole Borromee Car-
dinalis Amplissime, fortasse uideri
poterit conuenienter esse dictum, si
toto sermone in tres quasi partes di-
stributo, prius ponantur illa, ex quib-
us rei de qua agitur, haberit possit
plena cognitio: Deinde probetur Annatarum exactiōem,
ex parte Pontificis iustam, & illarum solutionem, ex par-
te obtinentium beneficia debitam esse: Postremo describa-
tur usus, qui in illarum exactione, & solutione seruatūr.

Pro sufficienti autem Annatarum cognitione, sciendum
est, duas esse illarum species; quae quoniam diuersam ha-
bent originem, & dissimilem proportionem; ideo titulum
Tractatus, plurali nomine Annatarum, usum nobis est prae-
poni debuisse. Quia tamen una est ambarum causa prima,
& ambæ de primi anni uacantium beneficiorum fructibus
debentur, idcirco unum & idem Annatarum nomen uiden-
tur accepisse. Altera ergo species est eorum, quæ propriè
dicuntur commune, & minuta seruitia. Altera generis
nomen retinens, appellatur Annata.

3 Commune seruitum, est quantitas certa pro uno quoq;

A

*exmag. cum ad
taew/ancro. li
uerboz regnif.*

Episcopatu, uel Monasterio Consistoriali , secundum taxationem antiquam , alias à Ioanne xxv Pont. moderatam soluenda; quæ ideo Commune seruitium appellatur , quia eius dimidium datur Papæ . reliquum Collegio Reuerend. Cardinalium , quodi nter ipsos Cardinales præsentes diuiditur . Illa uero quæ specialiter , & propriè retinet nomen Annatæ , soluitur pro alijs , ultra Episcopatus , & Monasteria Consistorialia , inferioribus beneficijs , & est dimidia pars ueri annui ualoris fructuum beneficij uacantis , quæ tota ipsi Papæ relinquitur . Minuta uero seruitia sunt quinque portiunculæ , quæ secundum proportionem Taxæ fructuum Episcopatus , uel Monastery , inter certos Papæ ministros , & officiales distribuuntur .

Communis , & minutorum seruitiorum origo est antiquissima , ita ut eius initium ignoretur , et eorum solutio nunquam fuerit in dubium reuocata ante Concilium Constantiense . Vbi in quadragesima Sessione die sabati 30 Octobris 1417 celebrata sub hoc titulo , uidelicet . Reformations fiendæ per Papam unâ cum Concilio , antequam Concilium dissoluatur . Inter alia capita , de quibus proponitur faciendam esse reformationem , sunt hæc uerba . Item de Annatis , Communib[us] seruitys , & minutis ; quid autem fuerit hac de re in Concilio determinatum , dicetur inferius , ubi de iustitia exactiōnis loquemur . Altera uero species , quam Annatam appellari diximus , initium habuit a Bonifacio , eius nominis Papa nono . Et quoniam taxatio Episcopatum , et Monasteriorum supra dicta , non fuit ab initio facta , nisi pro tertia parte ueri fructuum ualoris , qui prius nescitur à quo pontifice , deinde per Commissarios à Ioanne xxv missos , inuentus fuit , & Annata proximè dicta , non sol-

uitur nisi pro medietate ueri ualoris , qui per singulos impe
trantes exprimitur: Hinc uidere est, non propterea dictas
esse Annatas, quod complectantur totos Anni fructus ; sed
uel quia (ut ante dictum est) ratione primi anni fructuum sol
uuntur; uel quia dicta Annata per Bonifacium ix instituta,
succedit in locum reseruationis, quam antea facere solebant
Pontifices pro Romanæ Ecclesiæ necessitatibus, de fructi
bus, & prouentibus unius anni beneficiorum, quæ exinde
usque ad Triennium, uel quinquennium, aut aliud tempus,
in certis designatis prouintijs, uacarent; quos pro se, &
Camera Apostolica, destinatis collectoribus, percipiebant:
cuiusmodi exemplū est in Extrauaganti Ioannis xxij quæ
incipit, Cum nonnullæ sub titulo de præben. inter communes.

Ignoratio autem diuersitatis dictarum species, erra
re fecit multos, qui tam pro annatis, quam contra Annatas,
à tempore dicti Concilij Constantiensis, in præsens usque
scriperunt; arbitrantes omnia esse unum & idem: Ita ut
impugnantes Annatas, contra omnes species, usi fuerint ar
gumentis, quæ duntaxat contra inuentam à Bonifacio ix
uel contra illas reseruationes fructuum primi anni, de quib
us mentio fit in dicta Extrauaganti. Cum nonnullæ à re
etè intuentibus, opponi potuerint. Defendantes uero Annatas,
opinionem suam fundauerint potissimum, ex inferius
recitanda narratione Ioannis Andreæ in.c. Inter cetera.
de offi. ordin. & alijs auctoritatibus, & argumentis, com
mune, & minuta duntaxat seruitia concernentibus. Itaq;
meritò laudabilis, in omnibusq; scientijs memorabilis uides
tur esse sententia Socratis, qui (auctore Xenophonte)
affirmauit, illos quisirent quid unaquæq; res esset, posse et
alijs exponere, qui uero nescirent (aiebat) non mirans

A ij

dum esse , si & ipsi fallerentur , & alijs erroris causa fierent .

Videtur autem pro præmissorum , & aliorum inferius dicendorum , clariori intelligentia , operæ pretium fore , ut hic dicamus , quot exactiōnum genera soliti sint Romani Pontifices antiquitus de benefiōrum fructibus facere . Ea uero maiori ex parte colligi possunt , ex decreto quodam factō per Carolum VI Francorum Rēgem , in suo Parisino parlamento , sub die xi Septembri , anno Domini 1406 , Vbi , proposita satis prolixā querela contra Benedictū xiiij Antipapam , cui ipse Rex , & Rēgnum suum , certis annis tanquam uero Pontifici , obedientiam presliterant ; subiungit uerba , ex quibus in summa colliguntur sex genera exactiōnum , quæ ibi appellantur grauamina . Ait enim . Sed Bene dictus supradictus , neque modum , neque pondus , neque mensuram in Ecclesia , & Ecclesiæ subiectis obseruare consueverat ; quin magis ipsos iugis , & seruitutibus importabilibus præmens ; A nonnullis Defunctorum successoribus spolia auferendo ; Ab alijs Prælaturarum , & benefiōrum uacantias extorquendo ; A quibusdam exigendo arrerazgia , tanquam debita præteriorum , & incognitorum temporum ; A beneficiatis suorum , quæ de nouo obtinebant , benefiōrum primam expetendo , & percipiendo annatam ; Ab his , qui tempore subtractionis obedientiae dudum sibi per nos , et Clerum Rēgni , ac Delfinatus nostrorum , factæ ad prælaturas , seu dignitates , aut alia Ecclesiastica beneficia , promoti fuerant , fructus (quos diuī subtractionis tempore male perceptos fuisse dicebat) recipere enitendo ; Et procurationes capiendo Prælatis , Archidiaconis , & alijs ordinarys pro uisitatione debitas ; Alijsque exactiōniz

Verba ex decreto Caroli vi Frā
corum Regis :

bus, & extorsionibus indebitis adegerat, etc.

Animaduertendum est, quod inter ipsa grauamina, di
Eius Rex non posuit commune, & minuta seruitia: neque
8 decimas, que ante a solebant etiam per Pontifices, tam pro
se, & Sede Apostolica, quam pro alijs, & aliorum utilita
tem imponi, & praeципue in ipso Regno Francie ad Res
gum pro tempore commoditatem; ut habetur in Clem. se
cunda de decimis; & ibi per glos. & de uicesima, triennio
pro succursu Terrae sanctae persoluenda, per Alexan
drum tertium imposta, de qua habetur mentio per Hono
rium iij. in c. ultim. de uoto, & uoti red. cuius constitutio
nis, integrè exemplum ponit Hostien. in c. ad liberandum
de Iudeis. Itaque censendum est, dictum Carolum Regem
haec intacta dimisisse, quoniam ea non habebat pro iniustis
exactionibus, prout illo eodem anno, cum defuncto Romæ
Innocentio vij, creatus esset Gregorius xij, Rex ipse cum
suo regno dictum Gregorium pro uero Pontifice agnoscen
tes, ab eo acceptauerunt decretum reductum dictorum
seruitiorum, & annatarum: cuius haec sunt uerba. S.D.N.
Gregorius, diuina prouidentia Papa xij, pensatis guerrra
rum cladibus, atque uarijs dispendijs, quibus (prob dolor)
Francie regnum his temporibus concutitur: pio ei compa
tiens affectu, non uult, nec intendit leuari, seu percipi,
ultra medietatem fructuum primi anni, seu communium,
& minorum seruitiorum, Ecclesiarum, seu Abbatiarum
quæ in ipso Regno, & patria Delfinatus uacabunt, usque
ad quinquennium: quam medietatem uult leuari, atq; excolui
pro media parte infra octo menses, à die habitæ possessionis
pacificæ computandos; pro alia uero medietate, intra alios
octo menses sub sequentes: & idem uult, & intendit obser-

Constitutio Gre
gorii xii super re
ductione taxæ ec
clesiarum, & mo
nasteriorum re
gni Francie.

uari circa iam promotos, & assumptos à tempore assumptionis eiusdem; nec debitum huiusmodi in successorem in Ecclesia, uel Monasterio transeat. Et si bis, aut pluries infra eundem annum, una Ecclesia, uel Monasterium uacauerit; uult & ordinat, quod non soluantur commune, & minuta seruitia nisi semel. De ceteris autem dignitatibus, personatis, & beneficijs secularibus, & regularibus quibus cunque, quae auctoritate Sedis Apostolicæ conferentur (præterquam uigore gratiarum expectatiuarum, aut causa permutationis) soluatur taxa secundum moderationem extra uagantis. suscepiti regiminis. Domini Ioannis xxij, pro medietate infra sex menses, à die possessionis pacificæ computandos, & pro alia medietate infra alios sex menses subsecuentes. Et debitum huiusmodi ad successorem in beneficio non transeat, nec aliquid soluatur de beneficio quod ualorem xxiiij Florenorum de Camera, non excedit. Et de Monasterijs Monialium nihil penitus soluatur. Quæ omnia in præsenti capitulo contenta, locum habeant pro tota natione Gallicana; excepta duntaxat remissione communium, & minutorum seruitiorum, debitorum ratione temporis præteriti; quæ remittuntur pro medietate, soluentibus aliam medietatem infra sex menses, quæ debita soluantur collectoribus in Gallia, qui tamen non habeant aliquam coercionem: uel alibi ubi Dominus noster disponet.

Proxime autem recitata constitutio Gregoriana, licet pro quinquennio tantum facta fuerit; usque in præsens est obseruata; excepto illo tempore, quo uiguit pragmatica sanctio, de qua latius erit inferius dicendum. Hincquè in Cancellaria Apostolica inoleuit distinctio Ecclesiarum, & Monasteriorum Regni Franciæ, si sint (ut ipsiloquuntur)

in patria reducta, uel ne: Intelligunt enim, esse patriam re*7* Patria reduta.
 ductam omnes illas Dioceſes, quæ tempore factæ prædictæ
 constitutionis Gregorianæ, erant sub temporali dominio
 Regis Franciæ; que habentur indice Alphabetico, in libris
 ipsius Cancelleriæ deſcriptæ.

Animaduertendum eſt pariter, quod inter dicta ſex gra-
 uamina prefatus Carolus vi, minus posuit dimidiā annas
 tam à Bonifacio ix, ut antea dictum eſt, institutam. Nec
 enim opus erat de illa mentionem facere, que non à praefati
 to Benedicto, ſed ab illius æmulo Bonifacio, fuerat instituta:
 & ad ipsum Franciæ regnum nondum peruererat. paucis
 enim annis antea, fuerat Romæ per Bonifacium edita, quo
 tempore Auiunioni ſe debat Clemens viij Antipapa, cui tans
 quam uero Papæ obedientiam præſtabant Galli, prout cer-
 to tempore præſliterunt etiam Benedicto, de quo ſupra di-
 9 tum eſt, in locum dicti Clementis defuncti, ſuffecto. Sunt
 autem ipsius Bonifaciæ conſtitutionis poſt proœmium uer-
 ba hæc. Ad inſtar etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtro-
 rum Romanorum Pontificum, qui primas annatas nonnulla
 lorū beneficiorum eccleſiaſticorum, diſpoſitioni Apoſtolicæ
 reſeruarunt medietate in fructuum, reddituum, & prouen-
 tuum primi anni, omnium, & ſingulorum beneficiorum Ec-
 cleſiaſticorum, ſecularium, & regularium, cum cura, & ſine
 cura, exemptorum, & non exemptorum, etiam ſi dignitates,
 personatus, & officia, ac canonicatus, & præbendæ, etiam
 ſi Canonicatus, & portiones Eccleſiarum, in quibus certus
 Canonicorum numerus, & præbendarum diſtinctio, non
 habeatur, exiſtant: de quibus in ante prouidebimus, ſeu
 ſpecialiter prouideri mandabimus: & quorum collationes,
 iſtitutiones, ſeu electiones, conſirmari mandabimus, ac

Verba Bonifaci-
 ix, ſuper iſtitua-
 tione dimidiæ An-
 natae.

certis impedimentis non obstantibus , ualere decernemus: nec non etiam huiusmodi beneficiorum , quæ expectantes uigore literarum expectatiuarum, sub quacunque forma concessarum eisdem, dum uacabunt, canonice acceptabunt; nec non etiam aliorum quorumcunq; beneficiorum huiusmodi, ad quæ, qui eligetur, seu præsentabuntur, confirmationes, et institutiones auctoritate Apostolica consequentur ; dispositio ni Apostolicæ reseruamus , illosque prædictæ Cameræ, pro huiusmodi oneribus commodius supportandis , applicamus. Et breuitatis causa omisis multis clausulis , inferius declarat, dictam medianam annatam, esse soluendam ex omnibus emolumentis (distributionibus panis, & uini exceptis) quodq; si pluries infra annum contingat beneficium uacare, non propterea pluries, sed semel tantum, dicta media annata percipiatur: Et insuper quod ea reseruatio non extendatur ad beneficia, quorum fructus etc. annum ualorem xxiiij flo renorum auri de camera non excedant.

Ex cuius constitutionis uerbis , alijsq; superius recitatis, clarè patet, id quod antea dixi, medianam annatam prædictam quæ à tempore dicti Bonifacij citra, exacta fuit, et exigitur, diuersam esse speciem à communi, & minutis seruitijs: & quod ante dictam Bonifacij constitutionem, sub appellatione **A**nnatæ, seu **A**nnatarum, non comprehendebantur, neque intelligebantur comprehendi dicta seruitia **C**ommune, & minuta: sed solummodo illi fructus primi anni beneficiorum uacantium intra certum tempus, quos Pontifices sibi consueuerant reseruare. Et illa uerè appellari poterant **A**nnatæ, cum reseruatio fieret de uniuersis fructibus primi anni : Et consequenter quod impropriè dicta Bonifaciana medietas, et seruitia prædicta, dicuntur esse **A**nnatæ , cum non capiant omnes

omnes fructus : ac postremo patet , dictam Bonifacij dimidiam , successisse in locum illius integræ , de qua in extrauagantiæ cum nonnullæ : & alijs superioris citatis , sit mentio , quod clarus demonstrant , ipsius Bonifacij uerba , dicentis . Ad instar nonnullorum prædecessorum nostrorum , qui pri mas Annatas nonnullorum beneficiorum dispositioni Apostolice reseruarunt , medietatem fructuum etc. dispositioni Apostolice reseruamus . & magis etiam declaratur ex effetu , quia non est dare exemplum , quod post dictam Bonifacianam constitutionem , Romani Pontifices amplius fecerint reseruationes illas uniuersorum fructuum , quas primas annatas appellabant .

Patet etiam , collatione facta , quod prædictum Gregorij xy. decretum , super reductione gallicana factum , prout duas habet partes , ita ad dictas duas species est referendum . In prima enim parte apertis uerbis loquitur de communibus , et minutis seruitijs duntaxat , circa quæ Bonifacius nihil immutauerat . In secunda uero parte ibi , De cæteris autem dignitatibus etc. loquitur , & disponit de media annata per Bonifacium , quo ad alia , præter Episcopatus & Abbatias , beneficia (ut prædictum est) instituta : quod absque dubio lectori patet ad literam , & est conforme constitutioni Bonifaciane , præterquam ubi Bonifacius uult solui etiam pro beneficijs uigore gratiarum expectatiuarum , acceptandis : quod Gregorius remouet , & addit non debere solui etiam pro permutatis , ne que pro Monasterijs monialium : quæ Gregorij moderationes usu receptæ seruantur , ut suo loco inferius dicetur .

Cum uero ex iam dictis uideatur absoluta esse prima pars , in qua propositum erat dicere illa , ex quibus rei de-

qua agitur, haberi possit plena cognitio : cum docuerimus, uniuersum Annatarum, quæ nunc exiguntur, nomen, in duas esse distributum species : quarum unam, diximus complecti commune, & minuta seruitia Episcopatum, & Abbatiarum; Alteram uero diximus esse, illam dimidiam ueri ualoris à Bonifacio ix. institutam, quæ pro inferioribus beneficys exigitur; Consequens est, ut aggrediamur alteram partem ; doceamusq; utriusq; speciei iustam, & licitam esse exactionem. In qua parte, ne incidamus in eandem confusio-
nem, & perplexitatem, in quam uidemus incidisse illos, qui cunque hactenus hac de re tractauerunt, distinctè proceden-
do, dabimus operam, ut probemus iustitiam prius commu-
nis, & minutorum seruitiorum, deinde ipsius Bonifacianæ
medietatis. Ac primùm uidetur esse conueniens, ut eorum dicta, & rationes referamus, qui scripserunt contra anna-
tas. Inter quos, cum sit antiquior, & (salua aliorum pace)
dignior, Ioannes Gerson Theologus certè egregius, Vni-
uersitatis Parisiensis Cancellarius, qui scripsit dum Con-
stantiense Concilium celerabatur; eius sententia uidetur primo loco esse ponenda. Is enim sub titulo tractatus de simo-
nia ponit hæc uerba.

Super materia Simoniaca labis in collatione beneficiorum per Papam, resoluendo materiam ad radicem scripturae sacræ, qua dimissa, percurrere ramos opinionum particularium, fine caret; Ponitur hæc unica conclusio. Simoniaca labes, contra ius diuinum; uel de simoniaca specie suspe-
ctum est, in conferente beneficium ecclesiasticum (etiam si sit Papa) exigere, uel extorquere à beneficiando, promi-
ptam pecuniam, sub titulo primorum fructuum, ac impedire possessionem, & officiationem suam, quo usq; soluerit ille

lam pecuniam. Eam conclusionem præfatus Doctor nititur probare cum certis suppositionibus; quæ in facto non sunt uerae: & ipse prædicta rei ignoratione ductus, conclusio nem illam posuit: & si rem prout uerè se habet sciuisse, eam conclusionem ita non posuisset, ut colligitur ex ipsius responsionibus, ibidem per eum factis, ad argumenta defens dentium annatas, & ego inferius loco suo conabor demonstrare.

13 Opponitur secundo loco, auctoritas Concilij Basiliensis, cuius, in decreto facto sub titulo, de Annatis, hæc sunt uerba. Sacrosancta generalis Sinodus etc. statuit quod tam in Curia Romana, quam alibi pro, seu in confirmatione electionum, permissione postulationum, præsentationis etiam à laicis facienda, institutione, installatione, & inuestitura de Ecclesiis, etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monasterijs, & dignitatibus, beneficijs, officijsq; ecclesiasticis, quibuscumque; nec non ordinibus, sacra, & benedictione, ac pallio, de cætero nihil penitus ante uel post exigitur ratione literarum, bullæ, sigilli, annatarum, communium, & minutorum seruitiorum, primorum fructuum, de portuum, aut sub quocunque alio titulo, colore, uel nomine; prætextu cuiusvis consuetudinis, priuilegij, uel statuti, aut alia quavis causa, uel occasione, directe, uel indirecte, solum scriptoribus, abbreviatoribusq; & registratoribus literarum, seu minutarum, pro ipsorum labore; competenti salario soluendo.

Decretum Basis
lensem.

14 Tertio loco qui contra Annatas, quasi inuestiuam, à suo proposito digressus, fecit, est Cosmus Guinier, qui scripsit glossas in pragmaticam Gallæ sanctionem, & sub titulo, de Annatis, in glossa uerbi Annatarum; ponit sequentia

B ij

uerba, quæ licet prolixæ, uisum mihi est, hic tota describere; quoniam ex eis, absque alia nostra confutatione, apparere poterit, cum fuisse hominem parum prudentem, & ea de quibus loquebatur ignorantem, magnumq; assentatorem, captante m̄ solummodo gratiam nationis gallicæ; tunc quando, incohabatur per Iulium secundum Pontificem Lateranense Concilium; citatis Gallie prælatis super dictæ pragmaticæ reuocatione facienda. quod bene animaduertit doctissimus olim Iacobus Simoneta Rotæ Auditor, qui postea suis ex iuris gentibus meritis, factus fuit Cardinalis, & in 62.q. sui tractatus, de reservationibus ait. Non omitto, quod quidam Doctor Gallicus in quodam opusculo super pragmatica sanctione, licet insensu Pontificie potestati, & fauens in omnibus pragmaticæ sanctioni prohibenti reservationes, tamen secure tenendum esse dicit, quod si Papa etc. Eius ergo doctoris hæc sunt uerba. Annatarum sic uulgariter dictarum, quia per annum, emolumenta beneficiorum percipiabantur, & adhuc hodie percipiuntur in Curia Romana, et alibi; & de ipsis notatur in Clem. Quia regulares. §. praemissa: de supplen. negli. prælat. & dicuntur Annalia in extuaganti Ioannis xxij. suscepti. & uacantia. infra cod. §. item ex nunc. & ante tempora Ioannis xxij, raro uel nunquam exigeabantur. Sed ipse Papa Ioannes, per extuagationem, cum nonnullæ. in qua supponit aliam prius fecisse, & se refert; assert fructus primi anni Ecclesiastarum cathedralium uacuum, ad triennium in aliquibus orbis partibus, pro necessitatibus Romanæ Ecclesie, suæ Cameræ reservasse. Sed quod temporaliter ab aliquibus Ecclesiis duntaxat, pro necessitate temporis ab eo exactum fuit, in perpetuum, & ad omnes Ecclesias postea à Bonifacio nono, qui primus

Verba glossato-
ris pragmaticæ.

indifferenter Ecclesiasticis beneficijs, Annatarum usum imposuit, extensem est. Contra totius iuris diuini, & humani dispositionem: I.q. I. & q. iij per tot, et iuribus supra alle gatis. Nonne scriptum est, neminem concutiatis etc. xxij. q. I. militare. & quod gratis accepistis, gratis date. Nunquid Simon magus, cum gratiam spiritus sancti emere uellet, damnationis suæ sententiam à Petro audiuit. pecunia tua tecum sit in perditionem I.q. I. qui studet. Et qui sunt illi, qui dant & recipiunt annatas, nisi ementes, & uendentes in templo? quos Christus ab illo eiecit I.q. I. Vides. Etiam ex euentu solo damnandæ sunt: nam ex hoc, indigni, & qui plus pecuniarum habent commouentur; & dignus est prælatura, cui non actionis meritum, sed copiarum præmia suffragantur. Vnde restat ut nihil sibi in Ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria; sed totum auri profanus amor obtineat I.q. I. fertur. l. si quenquam C. de Episcop. & Cler. Pro solutione annualium plerunque mobilia etiam preciosa Ecclesiarum uenduntur: parentes promotorū pecunijs exhausti destruuntur; materia exigen di à subditis paratur, ut quotidie uidemus promotos, à subditis pecunias sub uelamento iucundi aduentus, quem tristem, & mœstum potius dixerim, exigere. Vnde boni prophetæ: olim munera prophetæ non accipiebant, sed stipem tabernaculi; mali autem qui accipiebant, prophetia, quæ donum Dei erat, in diuinationem, quæ diabolica est, conuertebatur. Quid aliud colligitur nisi (ut ait Hieremias) idcirca propter uos Sion quasi ager arbitur, & Hierusalem in custodia pomerij erit I.q. I. iudices. Et dicit Ioan. Andreæ, in cap. inter cetera: de offic. ordin. quod optaret, quod Cuzia reciperet uigesimam partem reddituum clericorum tuis.

tius orbis ad sustentationem Papæ , & Cardinalium; &
nihil recipi uel exigi posset pro communibus seruitijs , &
fructibus primi anni, quos recipit à Prælatis, quos promos-
uet; exceptis salarys laborantium , puta scriptorum , & si-
milium : Et tunc prouideret legatis , & nuntijs , quos mit-
tit de prædicta quota, & abstineretur ab Annatis, & ex-
actione decimarum , & similium ; & quod de hoc fuit fa-
tus sermo in Concilio Viennensi : sed dcliberauerunt præ-
lati ibi assistentes, non facere, & forte bene , ut dicit Ioan.
Andree, quia tanta uiget insatiabilis cupiditas , quod si hoc
fieret; & istud, & illa perciperent.

Falso ponit

Hæc etiam falso
ponit.

Postremò sunt quidam Nicolaus Clamengius, & alij, re,
& nomine obscuri , qui etiam tempore Constantiensis Con-
cily scripserunt ; qui in summam nihil aliud dicunt , nisi q
annatarum receptio est simoniaca: ad quod eis una cum
Gersone inferius respondebitur. Addunt præterea insulsum
quoddam argumentum , quod ipsi appellant à sufficienti
enumeratione , dicentes : quicquid à Romano Pontifice de
beneficiorum fructibus percipi potest; id aliquo iure fieri ne-
cessè est; id enim possumus , quod iure possumus, ut regula
iuris loquitur : Medy autem fructus nullo iure percipi pos-
sunt , neque neutrali , neque diuino, imo addunt , nec de
iure est pontificio , quia id, ubi euoluas omnium Pontificum
iura, nunquam inuenies . Ultimo loco, ad excludendum anti-
quissimam communium, & minutorum seruitiorum confue-
tudinem , addunt anilem quandam fabulam : dicentes, audi-
uisse à Romanis Ciuiibus antiquioribus , quod illi etiam af-
firmarent à progenitoribus intellexisse , quod priscis tempo-
ribus ueniebant quidam Episcopi de remotis , ut in sancto
Petro, & de manu sui Vicary consecrationem acciperent;

quorum aliqui propter solemnitatem, & laborem consecratis; gratiōē pape, & Cardinalibus prandium persols uerbant. I.q. 2. placuit. Et quia comedere simul te diosum erat, quandoque Cardinales gratiōē prandium in pecuniam commutabant. Alius uero, ut uideretur minus ineptus, eandem fabulam aliquanto cautius refert his uerbis. De uacantibus uero, & fructibus primi anni maiorum p̄claturarum, Abbatialium uidelicet, & Episcopaliū; nullum aliud initium fuisse uidetur, quam uoluntaria, & gratuita oblatio quorundam, qui in discordia ad Abbatiale uel cathedralē Ecclesiam electi, dum prosequerentur causam in Curia per appellationem ad eam factam, per eum, qui obtinendo finalem uictoriā promouebatur, siue eligebatur, et talis oblatio, & gratuita datio, iuxta uulgare italicum dicta fuit seruitium; & secundum Alemanos propina dicitur; et dicta fuerunt seruitia communia, quia communiter inter eos diuidebantur; eo quod singulos quibus dare uolebat, non conuocabat, & singulis dare fuisset nimis onerosum, ijs qui tunc aderant in publico consistorio: sed postmodum deduxerunt est in consistorium secretum; quod tamen fuerat, & erat simoniacum, uel multum de simonia suspectum, & species mali crudelis, etiam si praetextu consuetudinis.

¹⁶ Hæc cum sint, quæ contra annatas adducuntur; conse quens est, ut quæ pro illarum defensione occurruunt exponamus; deinde, ut predictis obiectionis respondeamus, tunc amur quæ propositam conclusionem, quod commune, & minuta seruitia, iusle, & tanquam uerè debita per sedem Apostolicam exigantur. Idem postea facturi etiam de altera specie quæ dicitur Annata.

¹⁷ Sed pro maiori dicendorum evidentia, oportunum uides

tur esse , ut ante omnia declaremus uocabula diuersarum exactiōnum , per eandem Sedem Apostolicam ex fructibus beneficiorum fieri solitarum ; Quarum omnium similis est antiquitas : ita ut certum tempus initij illarum non habeatur ; præterquam annatæ illius à Bonifacio nono , ut dixi , institutæ . Nam antiquam illam , in cuius locum subrogatam esse diximus prædictam dimidiā Bonifacianam , quæ etiam primorum fructuum uocabulo nominabatur ; falsò discunt à Ioanne xxij esse introductam ; quod ex ipsis Ioannis Andreæ uerbis , per dictum glossatore pragmatice recitatis , appareat contrarium : Siquidem ipse Ioannes Andreæ , loquens de tempore Concilij Viennensis , & sic ante pontificatum Ioannis xxij , dicit , quod optabat , ne aliquid posset exigi pro communib[us] seruitijs , & fructibus primi anni ; qui fructus primi anni intelligi non possunt de prædicta dimidia Bonifaciana , quæ nondum fuerat introducta , & quæ non capit fructus sed dimidiā duntaxat fructus primi anni . Et ad hoc propositum , Roberti Gagmai , in ipsius Caroli vi uita , de Clemente vii loquentis , inter alia sunt uerba hæc . Exigebantur præterea à Clero decimæ ; & de maioribus Ecclesiis , dum Pastore orbatae erant , primi anni prouentus legebantur ; id annatam uocant , quam Cameræ Apostolicæ deberi Romani contendunt . Habemus ergo iam tria genera exactiōnum papalium , uidelicet commune , & minuta seruitia ; Fructus primi anni , quæ à nonnullis Annata dicebatur ; & dimidiā illius loco (ut dixi) à Bonifacio surrogatam . Quartum genus , de quo dictus Carolus vi Rex fecit mentionem , sunt spolia defunctorum , quod etiam esse antiquissimum , & quod pro illis exigendis habebant Pontifices in prouintijs collectores , prout adhuc habent , colligi potest .

potest ex Cons. Ioan. Calderini r. sub titu. de peculio clericorum : qui etiam scripsit ante Concilium viennense; & ex decisione Aegidij Bellameræ 755: Et Bernardi Bisigneti, de solutionibus. decis.unica, duplicata in antiquis 756. Quinto loco est aliud genus illarum, quas dictus Carolus vi appellat uacantias; quod uocabulum etiam plures inuenitur positum in dicta pragmatica sanctione: Et dicuntur aliter fructus mediæ temporis; prout eos ita nominat Concilium Constantiense, loco inferius citando; idest qui percipiebantur à morte possessoris beneficij, usque ad tempus factæ de alio successore prouisionis: & de hoc loquitur Glos. in clem. i. §. præmissa. super uer. reuocari. de suppl. neglig. prælat. quod etiam nunc in plerisq; prouintijs est in usu. Sexto erant, & sunt decimæ, quas consueuerunt Pontifices imponere, atque indicere dandas sibi, uel alicui principi seculari de mandato ipsius, quas Abbas antiquus Hosiliensis, Ioannes Andreæ, & Henricus, grauissimi doctores, in capitulo primo, de decimis, dicunt esse loco illarum decimarum, quas in lege antiqua leuitæ præstabant sacerdotibus. Quarum uetus quoque est antiquissimus; ut patet ex Clem. ij. facta per Clementem v. in dicto Concilio Vienen. & per Extrauagantem Bonifacij viij incip. declarazioni: sub titulo, de decimis inter communes: in quibus dicti Pontifices, de ipsis decimis, & de illarum collectoribus à Pontifice missis loquuntur, tanquam de re antiqua, & nosissima. Alia erant præterea, quæ necesse non est hic describere. Præcedentia autem ideo retuli, quia, (ut superius dixi) propter ipsorum ignorationem, de eis, & qui scripserunt pro annatis, & qui contra eas, confusè locuti sunt.

Primum ergo & solidum fundamentum pro Romano



Pontifice super communi, & minutis seruitijs, est ipsa antiquissima consuetudo tanti temporis, quod illimet, qui contra scripserunt, ad antiquas fabulas negotium referre studentes, eius immemorabilitatem fassi fuerint; que tanti temporis obseruata consuetudo, quantum ualeat, inferius in refutatione argumentorum aduersae partis conuenienter dicetur.

Secundo loco accedit auctoritas Concilij Viennensis, in quo, secundum testimonium Ioannis Andreæ, licet habita fuisset mentio de seruitijs ipsis tollendis, tamen præualuit sententia quod remanerent. Sed hic nolo prætermittere quin detegam, quām parū fideliter à prænominato glossatore pragmaticæ (prout moris est omnium eorum qui magis presua pertinacia, quām pro ueritate tuenda scribunt) relata, & ad propositum suū deprauata, et detorta fuerint uerba Ioannis Andreæ, quæ sunt huiusmodi. In glos. ultima, in fine dicit Hostiensis, quod Romanam Ecclesiam excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Item priuilegium de antiqua consuetudine iam obtentum; & dicit quod Episcopi conantur etiam hoc imitari, quod esse non debet, ut in decretali 1. de temporibus, ordinandorum. & de re iudicata, in causis: Pluries clamaui intantum, quod de hoc fuit sermo in Concilio Viennensi, quod optarem, quod Curia reciperet uigesimam reddituum Clericorum totius orbis, ad substantiationem Papæ, & Cardinalium, et nihil exigi, uel recipi posset pro seruitijs prælatorum, quos promovet; exceptis taxatis salarijs laborantium; puta scriptorum, & similium; & tunc prouideret Legatis, & Nuntijs, quos mittit, de prædicta quota, & ablineret ab exactione fructuum primi anni, Exactionibus decimarum, & similis

Verba Ioan-
nis Andreæ.

bus, quæ modo pullulant. Sed deliberauerunt Prælati in Concilio, non facere, & fortè bene, quia tanta uiget insatiable cupiditas, quod si hoc fieret, & istud, & illa perciperent.

Quibus uerbis collatis cum illis, quæ posuit Glossator prædictus; apparet quod idem glossator, ubi Ioannes Andreæ dicit, quod optaret nihil exigi per Curiam Romanam pro seruitijs Prælatorum quos promouet; idem Glossator de suo capite addendo, falsò dixit, pro communibus seruitijs, et fructibus primi anni; cum textus Ioannis Andreæ, non beat uerbum, Communibus; neque uerba, Et fructibus prianni. Et inferius, ubi Ioannes Andreæ dicit, similiter optauisse quod Curia abstineret ab exactione fructuum prianni, et de cimarum etc. dictus glossator, loco illorum uerborum, ab exactione fructuum primi anni, posuit uerba, ab annatis, confundendo hoc modo communia seruitia, cum annatis & fructibus primi anni; cum Ioannes Andreæ in principio, dixerit separatim de seruitijs, & inferius (sciens quod res erant diuersæ) dixerit de fructibus primi anni, quorum loco (ut dixi) subrogata est dimidia Bonifaciana, de qua non potuit loqui Ioannes Andreæ, cum nondum natus esset Bonifacius.

20 Tertio loco, accedit etiam auctoritas Concilij Conflantiensis, in quo expressè Commune, & Minuta seruitia, & Annate fuerunt approbatæ, quod colligitur hoc modo. Die sabbati 30 Octobris, anni Domini 1417. & in quadragesima eiusdem Concilij sessione, sub hoc titulo. Reformationes fiendæ per Papam una cum Concilio, ante quam Concilium dissoluatur. Ponuntur decem, & oculo articuli, super quibus facienda esset reformatio ecclesiæ in capite, et

C i y

in membris, & Curia Romana. Primo, de numero qualitate, et natione Cardinalium. Secundo, de reservationibus sedis Apostolice. Tertio, de Annatis, communibus seruitijs, & minutis. Quarto, de Collationibus beneficiorum, & gratijs expectatiuis. Quinto, de confirmationibus electionum. Sexto, de causis in Romana Curia tractandis, uel non; Septimo, de Appellationibus ad Romanam Curiam. Octavo, de officijs Cancelleriae, & Poenitentiariae. Nono, de exemptionibus, & incorporationibus tempore schismatis factis. Decimo, de Commendis. Undecimo, de fructibus medijs temporis. Et sic de singulis usque ad decem, & octo. Deinde de creato interim Papa Martino Quinto, in Sessione Quadragesima tertia, die xxii Martij, tunc sequentis anni 1518 habita; fuerunt facta decreta reformationis, super nonnullis ex dictis decem, & octo articulis; & inter alios, super illo de exemptionibus, & illo, de fructibus medijs temporis, quos in decreto desuper edito, Papa Martinus appellat fructus beneficiorum uacationis tempore obuenientes; de quibus dictum erat in undecimo articulo facienda reformationis praedictae: Et nulla habita mentione Annatarum, & seruitiorum praedictorum, postremo loco in fine eiusdem 43 sessionis, ponitur decretum huiusmodi, uidelicet. Martinus etc. Decernimus, & declaramus, sacro approbante Concilio, per decreta, statuta, & ordinata, tam leta in presenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus eiusdem Concilij, super articulis contentis in decreto, super reformatione fienda die sabbati xxx mensis Octobris proxime preteriti, promulgato; fuisse, & esse iam satisfactum. Ex quo decreto, per necessariam consequentiam infertur, quod circa annatas, & seruitia praedicta, et cetera

tos alios ex dictis 18 articulis, super quibus non fuit fas etum decretū aliquod; Concilio placuit, quod remanerent in statu pristino; quasi nō indigerent reformatione: alioqui uera illa, quod decreto, super facienda reformatione publica to, erat satis factum, non fuissent uera; quod non est discordum.

21 Quarto, & postremo loco, stat pro ualiditate seruitorum, & Annatae, de quibus loquimur, communis uniuersae Christianitatis (præterquam nationis Gallicanæ) consensus, usque in præsens, etiam reprobato Concilio Basiliensi, ut inferius loco suo dicetur, continuatus.

22 Ex quibus quatuor, & quolibet ex eis; cum satis probata uideatur esse iustitia, communis, & minutorum seruitorum; prosequendo quod polliciti sumus; idem demonstrandum est probari per eadem argumenta, de dimidia Anna ta Bonifaciana. Ergo supposita iuris maxima illa proposi tione; quod subrogatum, censemur esse eiusdem naturæ, cuius erat illud in cuius locum fuit subrogatum; subintrat primum argumentum antiquitatis immemorabilis, cum (ut antea probatum est) reseruationum illarum, fructuum pri mi anni (in quarum locum successit dimidia Bonifaciana) non habeatur initij memoria: Itidem et secundum argumen tum, de approbatione Concilij Viennensis, ubi Ioannes Andreæ dicit, fecisse proponi mentionem exactionis fructuum primi anni, tanquam rei antiquæ, & notæ. Cum autem Annata Bonifaciana (ut saepe dictum est) non excedat di midiam, proculdubio tenendum est, quod patres illi Concilij Viennensis, prout dimiserunt intactam exactionem om nium fructuum primi anni, multo facilius, & libentius id fecissent de dimidia.

Tertium uero argumentum, de approbatione Concilij Constantiensis, dubium non habet, quin procedat etiam pro annatis; postquam in illo tertio articulo expresse, ac distincte scriptum est de Annatis, communibus seruitijs, & minutis. Et dicendum est, Patres illos, sub uocabulo de Annatis, uoluisse intelligere de dimidia Bonifaciana, quæ iam uigintiquinque annis antea fuerat à Bonifacio instituta, & exigebatur.

Quartum quoque argumentum, de communi consensu omnium, circa Annatam Bonifacianam, exceptis Gallicana, & Anglicana nationibus, continuato, pari modo in ipsa Bonifaciana locum habet: quod inferius in refutatione argumentorum pro parte contraria factorum latius patebit.

Primum ergo pro parte contraria argumentum, sumptum fuit ex auctoritate egregij Theologi (quem semper honoris causa nomino) Ioannis Gersonis: cui non oportet respondere aliud dare; nisi detegere, quod bonus vir deceptus fuit in facto ab illis, qui materiam contra annatas in Concilio proponebant: qui, & omnes alij successiue illos imitati, presupposuerunt exactionem Annatarum, & seruitiorum praedictorum esse simoniacam, ex eo quod Papa, quasi ex contractu, pro collatione beneficij exigat illam pecuniam contra euangelicum præceptum, gratis accepstis, gratis date. Imo nonnulli, scurriliter quodammodo exaggerando materiam, sunt aucti dicere, quod Papa illis, qui maiorem sumam offerunt, faciat uacantium beneficiorum collationes: Quæ omnia sunt falsa, & uel ab ignorantia facti, uel à malitia profecta; cum rei ueritas hoc modo se habeat; uidelicet, quia stante lege, seu (quæ idem ualeat) antiquissima consuetudine, quod uacantium Episcopatum, & Mongsteriorum

Papa, & Collegium Cardinalium, ex fructibus primi anni, sub nomine communis, & minutorum seruitiorum, debeant habere illam summam, quæ (ut antea dictum est) pro ter tia ueri ualoris parte, in libris Cameræ iamdudum taxata est, et inferiorum beneficiorū, Papa debeat habere dimidium; Quia onerosum erat Prouintijs, & ipsis soluere debētibus, officiū collectorū, qui pro illis exigendis antea in ipsis prouincijs morari consueuerant, quasi tacita quadam omnium con uentione, paulatim introductum est, ut illi qui ad Episcopatus, aut Monasteria promouebantur; & quibus de alijs bes neficijs per Papam prouidebatur; deberent sibi habere omnes illos fructus, & soluere illorum prætium. Et sic est qui dem emptio, & uenditio, non tamen ipsorum beneficiorum, sed illius portionis fructuum, quæ debetur Papæ, & Cardinalibus; Quæ solutio, quod siat duntaxat ratione dis etorum fructuum, & non ratione prouisionis, uel collatio nis beneficiorum, patet, quia prouisio, & collatio, liberè præcedit; neque unquam propterea impeditur expeditio supplicationis; sed quando prouisi expedient literas bullatas; tunc iuxta obseruatam consuetudinem prædictam soluunt.

Et si nunquam expedirent literas, prout contingit multis, qui literis non expeditis cedunt in aliorum fauorem, illi sic cedentes, aut sine cessione literas non expedientes, nihil soluunt; & tamen uerum est, quòd eis fuit prouisum.

Idem probatur alia ratione, uidelicet; quia si contingat idem beneficium, siue illud sit de maioribus, siue de minori bus, uno anno bis uacare, & illud successiue duobus con ferri; annata & seruitia prædicta non exiguntur nisi se mel; propterea quòd illo anno fructus non colliguntur nisi semel: Item illis qui docent alios esse in possessione intrusos;

uel quod ob aliud impedimentum non sint statim habituri possessionem; relaxantur literæ sine solutione , facta dunta xat obligatione de soluendo,dum habita possessione, percipient fructus ; sub qua conditione, relaxantur etiam literæ omnibus alijs, quibus facta sit gratia beneficialis, sub aliqua conditione, de certo corpore beneficij; ut sunt regressus, & prouisiones etiam simplices, ubi fructus alijs sunt reseruati: Sed et si no omnes fructus alijs sint reseruati, sed illorum certa pars , aut super illis certa annua pensio ; ille cui collatum est beneficium, tanto minus pro annata uel communi seruatio soluit , quanta est pensio , uel fructuum pars alii assignata: Dixi autem de certo corpore beneficij; quia pro gratiis, ad incerta beneficiorum corpora , ut sunt expectatiæ, reseruationes, & aliae similes, nihil soluitur, neque præstatur obligatio de soluendo in futurum. Item , & pro beneficiis compermutatis , cuiuscunque sint annui redditus , & pro illis , quorum ualor non excedit xxviii ducatos , quo cunque modo illerū fiant prouisiones , prouisi de illis nihil soluunt, neque promittunt. atque hoc adeo uerum est quod dico , ut quoniam distributiones quotidiane stricto iure non intelliguntur esse fructus ; ideo pro illis soluitur annata ; Ita ut contingat innumerabiles prouisiones Canoniciatum expediti, cum expressione, quod fructus non excedunt xxviii ducatos ; & pro eis non soluitur annata ; quorum tamen distributiones quotidiane, sint magni ualoris, alicubi quingentorum , & octingentorum ducatorum . Quæ omnia , remota Sophsistarum ambagibus, per evidentiā facti demonstrat, quod solutiones predictæ , non sunt ordinatæ, neque sunt pro ipsis beneficis , neque pro illorum prouisionibus , sed duntaxat pro illa portione fructuum primi anni , quæ iuxta predicta.

prædicta debetur Papæ, & Cardinalibus. Quæ si ita esse intellexisset Ioannes Gerson; proculdubio mutauisset sensentiam; dixissetq; , solutiones prædictas non esse simoniaicas. Quia in re facit mihi testimonium ipse idem Gerson, qui in tractatu, de statibus Ecclesiasticis; ponit sex considerationes de statu summi Pontificis, & D.S.R.E. Cardinals; Et pro quarta consideratione ponit hæc uerba. Status prædictus potuit, & potest in subuentionibus temporalis, & honestæ subslentationis, præscribere de certo modo, uel quota subuentionis, sicut Prælati, uel Curati inferiores, respectu subuentionis factæ per subditos in oblationibus, decimis, & similibus; etiam ubi status prædictus aliunde de dotatus esset, ex patrimonialibus bonis, uel alijs; quemadmodum in Prælatis dicimus, & curatis; Et prosequendo, ac proprius ad annatas accedendo idem Gerson; pro quinta consideratione ponit hæc uerba . Status prædictus, dum recipit, & querit subuentiones consuetas in oblationibus, decimis, uel Annatis, & similibus; non debet eo ipso de simoniaca prauitate notari, nisi forte uitium aliud in executionis modo concurrerit; quod uitium corrigi debet, non obinde status minui, destrui, culpari, uel iuribus aliunde debitibus defraudari ; sicut ab infimo tollendus est morbus, non subiectum, uel corpus destruendum : oppositum uero pertinaciter imponens, notando generaliter de simoniaca prauitate, totum statum istum, temerarius esset, nec ferendus. Talia cum sint ipsius Gersonis uerba, clarum efficitur id quod dixi, eum fuisse in Concilio Constantiensi, ab impugnatis annatas (qui tamen non fuerunt nisi quidam ex ipsa natione gallicana) deceptum; arbitratumq; ex actionem fieri simoniace ratione collationis; & quod nomen primorum

Verba Ger-
sonis pro ana-
natis facien-
tia:

D

fructuum , & annatarum , esset prætextus quæsitus ad pal
liandum simoniam : quod , cum ex præmissis mibi uidetur pro
bauisse falsum esse ; sequitur quod sententia Gersonis stat
pro annatis , & non contra eas . Quod etiam colligi potest ,
ex illo eodem tractatu , de simonia , in responsionibus quas fa
cit ad tres primas obiectiones ; præcipue uero ad primam :
format enim obiectionem per hæc uerba . Sed opponitur
primò , quia sicut ex antiqua lege , decimæ decimarum de be
bantur summo sacerdoti à leuitis , sic non minus in lege noz
ua debetur hæc decimatio , uel sufficiens recompensatio fa
cienda per inferiores ipsi Papæ : Hæc autem recompensa
tio uidetur rationabilis , quod fructus primi anni à quolibet
nouiter beneficiato persoluantur : quoniam in hoc Papa ser
uit ecclesiæ , & ita propter hoc officium in promouendo ho
mines , debetur sibi pro substantiatione condecenti sui status :
Et ad hoc tam personæ , quam beneficia possunt onerari . Ita
Gerson format primam obiectionem : ex cuius uerbis etiam
disspicitur eum fuisse deceptum in quota : uidelicet quia præ
supposuit , quod exigerentur fructus primi anni absolute , et
sic omnes ; quod ex antedictis patet esse falsum . Et subinde
idem Gerson , completis septem obiectionibus , ponit suas re
sponsiones : quarum prima est sub his uerbis , uidelicet . Re
spondendo talibus obiectis dicimus primò , quod inferunt , et
concludunt aliquas ueritates : Ut quod officio Papæ debea
tur beneficium sufficiens , et condecens ; et quod ab inferiori
bus ei debetur subsidium , & quod illud subsidium potest
uel potuit (debitis circumstantijs obseruatis) accipi super
fructibus inferiorum beneficiorum , ubi non est aliter facta
Papæ sufficiens prouisio . sicut prima obiectio satis hoc con
cludit , tam ex iure diuino , quam naturali , præsupposito

diuino : Sed quod fiat exactio uel extorsio , sicut conclusio lo-
quitur , ratio non concludit . Ex quibus apparet , quod ipse
Gerson non improbavit , quinimo approbavit Annatas , si
non fierent sicut loquebatur sua conclusio ; que conclusio su-
perius posita , ponit extortiōem fieri à beneficiando , causa
prouisionis beneficij , & simoniacē ; quod probatum fuit non
esse uerum .

24 Sequitur obiectum secundo loco decretum Concilij Basiliensis , quod in hoc articulo nullius est auctoritatis , cum illud quoque , fundamentum suum fecerit in falsa ratione simoniae & prauitatis ; prout etiam interpretatur Cosmas predictus glossator pragmaticae ; Nec alia in illo adducitur ratio , propter quam Basilienses ipsi potuerint , uel debuerint tam paucis uerbis tollere adeo antiqua , & à duobus Concilijs antecedentibus permissa Papæ & Collegio Cardinalium iura . Quapropter decretum ipsum tanquam spurium , & in seditione conuentu natum , à nulla natione (præterquam à Gallicana) fuit receptum : quinimo à Germanis , qui illud ab initio receperant , tanquam tale , fuit expresse repudiatum ; acceptata per ipsam Germanicam Nationem , mediantibus pro ea Federico Imperatore , & alijs Principibus , ex una , & ex altera parte Ioanne cardinali sancti Angeli , pro Papa Nicolao Quinto , concordia ; Quæ quoniam plura continent capitula ; illa fuerunt appellata , Concordata Germanica , & usque in præsens obseruata fuerunt , & obseruantur ; & quo ad annatas , ex ipsius Nicolai Papæ de super expeditis literis hæc sunt uerba . Placet similiter nobis , quod circa prouisionem dictæ Sedi ordinādā , modus annatarum hoc modo currat : De ecclesiis cathedralibus omnibus , & monasterijs uirorum duntaxat , uacantibus , & uacaturis

D y

soluantur de fructibus primi anni à die uacationis, summae pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxatæ; quæ omnia seruitia nuncupantur, & si quæ excessiuè taxatæ sint, & quod prouideatur specialiter in grauatis regionibus secundum qualitatem rerum, temporum, & regionum, neminiū prægrauentur; ad quod petentibus dabimus Commissarios in partibus, qui diligenter inquirant, et retaxet. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ possessionis pacifice, totius uel maioris partis soluantur, & pro alia media infra annum sequentem. Et si infra annum bis, uel pluries uacauerint, semel tantu soluantur, nec debitum huiusmodi in successore in ecclesia, uel monasterio transeat. De cæteris uero dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs secularibus, ac regularibus quibuscunq; quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur, uel de quibus prudenter (præterquam uigore gratiarum expectatiuarum, aut causa permutationis) soluantur annatæ, seu medijs frustis, iuxta taxam solitam, à tempore possessionis infra annum; & debitum huiusmodi similiter in successorem non transeat: sed de beneficijs, quæ ualorem uiginti quatuor florinorum auri non excedunt, nihil soluantur.

Hoc modo Germani (ut dixi) tanquam spurium repudiauerunt Basiliense decretum; quod alijs nunquam receperunt: Nam Angli continuauerunt soluere commune, & minuta seruitia sicut antea: Dimidiam uero Bonifacianam Angli nunquam soluerunt, quia illius loco satis uisum fuit summis Pontificibus habere uectigal denariorum, Sancti Petri nuncupatum; De quibus denariis Sancti Petri Vincensius historial. qui scripsit annis tercentum iam præteritis lib. 24. c. 36. de Pontificatu Leonis iii loquens, ait: Hoc

tempore Angliae Rex Adeulfus, qui primò totius Angliae Monarchiam obtinuit, Romam perrexit, & coram Leone Papa, Sancto Petro tributum, quod usque hodie in Anglia soluitur, scilicet de una quaq; domo numum argenteum per annum obtulit. Ioannes autem Nauclerus, in 29 gene ratione suæ cronographiaæ, de eodem Leone Pontifice scribens dicit. Sub hoc Leone fuit in Anglia Edelulphus, qui Regnum totum acceperat: uerum solo occidentalium Saxonum Regno sibi retento; cætera restituit alijs: decimas fructuum Deo, & beatæ virginis offerri iussit; Romam deinde profectus, cum filio minore Alfredo, ad Leonem iij tributum duorum denariorum à singulis exactum domibus, beato Petro primus obtulit: id quod & hodie quæstoribus Apostolicis è missis pensitari solet. Scripsit autem hic dis Etam suam chronographiam, usque ad annum Domini 1495. Deque his denarijs sancti Petri, & eorum collectoribus locuti sunt Innocen. iij. in c. auditis, de præscrip. & Alex. iij in c. ea quæ de censib. ubi Ostien, dicit, legi in historia Anglicana, quod Anglii deuouerunt, & promiserunt dare Ecclesiæ Romane quolibet anno certam pensionem; & uocatur hæc datio, uisitatio, siue denarij beati Petri: eius autem uædigalis pensitatio, continuata est usque ad tempus quo Henricus vii Angliae Rex, Papæ Clementi vii subtraxit obedientiam. Aliæ uero nationes, excepta Gallicana (de qua inferius dicetur) omnes continuauerunt solvere, sicut ante ipsum Basiliense Concilium consueuerant; accepta in ipso Concilio Constantiensi concordia, eiusdem te noris, qualè diximus postea Germanos acceptauisse, sub Nicolao quinto. Hoc autem in ipso Concilio ita factum esse, inter alias nationes, & Martinum Papam ibi electum, pro-

batur ex ultimo decreto 43 sessionis eiusdem Concilij ; & ex Consilio Geminiani 36 ubi ponit concordiae uerba. Fuerant autem in ipso Constantiensi Concilio factæ huiusmodi concordiae, ut patet ex superiorius relato ultimo decreto, quas dragesimæ tertiae sessionis : Vbi dicitur. Martinus etc. De cernimus, & declaramus, sacro approbante Concilio, per decreta, statuta, & ordinata, tam letta in præsenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus eiusdem Concilij, & quæ in nostra Cancellaria poni uolumus, & literas in forma publica, sub sigillo Vicecancellarij uolentibus confici, atq; tradi huic sacro concilio) super articulis contentis in decreto, super reformatione fienda, die sabbati xxx mensis octobris proximè præteriti promulgata, fuisse, & esse iam satisfactum. Et quoniam uidetur facere ad propositum, libet hic inserere particulam orationis, quam tunc ad Henrī cum sextum Regem Angliæ, habuit missus ab Eugenio Pontifice legatus Petrus de Monte Iurisconsultibus egregius; qui postea fuit Episcopus Brissinensis, & cuius in iure habemus Repertorium illud insigne, appellatum, Repertorium Brixinensis ; & tractatum de Monarchia. Is ergo in oratione prædicta ita inquit. Sed hæc missa faciamus, ne à genimo ouo (ut aiunt) exordium sumpsisse uideamur. Ad ea uero, quæ proximis diebus in ipsa sinodo gesta sunt, ueniamus ; quæ sane talia sunt, ut maximam mereantur reprehensionem. Nec ulla ratione, sine graui diuinæ maiestatis offensa ualent tollerari. Hi enim qui Pontificem Maximum, uirum utiq; sanctum, quietum, & pacificum, capitali odio persequuntur, posteaquam temporali eum patrimonio sposliatum intellexerunt; spirituali quoq; subsidio priuare cogita uerunt; ut sic omni prouersus auxilio deslitutus, dignitatcm

25

Verba Petri Episcopi Brixinensis ex eius oratione habita coram tunc Rege Angliæ.

summi Apostolatus tueri nequaquam posset: Plebem itaque illam sinodalem, quæ semper nouis rebus solet gaudere, malis quibusdam artibus, quas pudor uerat referre, facile induxerunt, ut uacantum beneficiorum fructus (quos usitatoire uocabulo annatas dicunt) summo Pontifici lege interdicerentur: Fauoribus itaque, & clamoribus insanientis uulgi, ea lex lata est, qua & Pontifici talium fructuum receptio, & his quibus beneficia conseruntur solutio, ueluti simoniaca prohibetur. Huic autem legi ferendæ, etsi muliti uenerabiles Patres, magnæq; auctoritatis uiri contradixerint; manifestam in ea, Sedis Apostolicæ, & Vicarij Christi depressionem contineri dicentes; præualuit tamen indiscreta multitudinis, non tam auctoritas, quam uoluntas; quæ ad tantam temeritatem, eò erat audacior, quò potentium quorundam stimulis agitabatur. Quid hac lege perniciosius? quid detestabilius? quid ab omni humanitate, atque honestate remotius? Quæ nam (bone Iesu) est hæc sinodalis reformatio? Summum Pontificem, omni spirituali, ac temporali auxilio priuare, cumquè ueluti mendicum quendam hominem constituere, qui nec suis, nec ecclesiæ necessitatibus possit ullatenus prouidere? Et quanquam huius legis iniquitas, si tamen lex dicenda est, satis per se ipsam appareat; conabor tamen, id paucis ostendere, quibus breuiter explicitis perorauerero. Debet lex (ut à maioribus nostris traditum est) esse honesta, iuxta, possibilis, secundum naturam, & patriæ consuetudinem, loco denique, ac tempori conueniens, utilis demum, ac necessaria. Quid horum quæso in hac lege potest inueniri? Discurramus per singula. Magnam in primis continent turpitudinem: Non ne turpe, & indecens est, Sedis Apostolicæ priuilegia, &

dignitates eucrtere ? & quem Dominus principem uniuersitatis Ecclesiæ constituit , aduersus hunc moliri insidias ; hunc exinanire , debilitare ; huic ecclesiasticos redditus , qui ad supportanda onera regiminis sunt deputati , impiè , atque inhumanè subtrahere ? Iniustitiam uero huius legis quis non uidet ? Nonne iniustum est , & iniquum , ut qui plantat uineam , fructus eius commoditate priuetur ? & qui pascit gregem , de lactis dulcedine non uescatur ? Etenim secundum Apostolum , qui seminat spiritualia , metere debet carnalia ; et qui seruit altari debet uiuere de altari ; Quod si de inferioribus membris Ecclesiæ hoc dixisse Apostolum creditur , qui in partem sollicitudinis sunt uocati ; quanto magis de Pontifice maximo , cui omnium fidelium uniuersalis est cura commissa ? Quantum uero ab ecclesiæ consuetudine discrepet , facile discerni potest . Ea siquidem à tot præclaris Pontificibus , ac sanctis patribus obseruata , sine magna , et rationabili causa uiolari non debuit ; præsertim cum huius consuetudinis ratio illa euidenter fuerit , ut is qui regende multitudinis curam suscipit , talibus muniatur adiumentis , quibus onus regiminis ualeat supportare . Sed & spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt ; alterumq; alterius indiget auxilio . Loco uero , ac tempori nullatenus conuenient ; Nam quo tempore legem illam ediderunt ; omni dominio temporali erat Summus Pontifex , tirannorum potentia , spoliatus ; à propria sede uiuens , & rebellione subditorum expulsus ; eius pretiosa suppellex vulgi prædæ exposita ; omnia eius ornamenta direpta ; adeo , ut non Summi Pontificis ornatu , sed abiecti Monaci uestitu urbem reliquerit ; ac lenum insignem Italicae urbem Florentiam solus profugusq; intrauerit ; Quæ quidem si legis huius latores , pie ac reue-

rcenter

renfer considerassent; non solum cum hoc temporali subsi-
dio non priuassent; sed si nunquam antea id exigere licuisse
set, pro necessitate rerum ac temporis, eam exactiōnem in-
stituere debuissent. Quem unquam Pontificem legimus in
tantis necessitatibus constitutum, tot uallatum periculis, tot
hostilibus insidijs circumseptum, qui subditorum auxilia nō
postulauerit? qui clero decimas non indixerit? qui Reges,
& Principes in suum & ecclesiæ subsidium non uocauerit?
Ab his tamen omnibus magna fretus humilitate, ac patientia
Pontifex noster abstinuit; nemini grauis, nemini mole-
stus fuit; neque tunc cum maximè egeret cuiusquam subsidium
implorauit: spem certam habens in Domino, qui nun-
quam deserit sperantes in se: Sed nec sic potuit Basiliensium
malitiam superare; qui eius patientia, & bonitate abuten-
tes, longè nequiores facti sunt, & in maiorem quotidie su-
perbiā ex crescentes, hanc iniquissimam legem condide-
runt, quæ nullam in se continent utilitatem, nullam prorsus
necessitatem: Nullus enim aliis modis conuenientior inue-
niri potuit, quo Regna, & mundi prouinciae minus pecu-
nijs euacentur, minus grauentur ecclesiæ, & aptius Sum-
mi Pontificis necessitatibus succurratur, quam per hanc pri-
morum fructuum solutionem, quæ cum ab eo fieri debeat,
qui ex beneficij collatione commodum percipit, diuinæ &
naturali legi uidetur plurimum conuenire. Sed si alio modo
prouideri potest, cur non eodem tempore, ueterem consue-
tudinem abrogantes, nouum illum modum instituerunt?
At polliciti sunt hi prudentes legislatores se novo alio reme-
dio Pontifici Maximo prouisuros: Interim igitur cum sus-
per hoc disceptatur, unde sibi ipsi succurret? quomodo ecclæ
onera supportabit? qualiter publicis necessitatibus pro-

E

uidebit? aut unde statui suo necessaria comparabit? Debuit siquidem res tam grauis, tam ardua, saepius discuti, crebro uentilari, & tandem magna cum maturitate, saepientiaq; concludi; debuit colendissimorum patrum uoluntas inquiri; Debuit omnium nationum consensus adhiberi, doctissimorum hominum quoque uota scrutari; eorumq; praesertim, qui Deum præ oculis habentes, zelo iustitiae, non desiderio uindictæ, duci uiderentur. Qui si auditi essent, nunquam tam nefandissimæ rei consensissent. Honorarunt, Christianissime Princeps, superiorum temporum concilia mirum in modum Apostolicam Sedem, & Christi Vicariorum illi praesidentem; nec usquam eius primatum, dignitatem, ac priuilegia attingere, nedum uiolare præsumperunt: Cum enim scirent sancti Patres, sinodaliter conuentientes, sine auctoritate Summi Pontificis, sinodum generali non posse conuenire; ipsa quoque concilia robur, auctoritatem, ac firmitatem ab illo accipere; sacrilegum, ac penè hereticum esse iudicarunt, si unum in locum conuenientes, aliquid aduersus illum agerent, quem auctorem, ac Principem suum diuina uoce cognoscerent. Ab hoc sanctorum patrum laudabili more, longè declinavit hæc sinodus: legat quicunque uoluerit eius canones, & decreta; animaduersitat eius actiones, & opera; per pauca certè inueniet, ex zelo fidei, & charitatis feruore processisse; aut ad utilitatem publicam emanasse; sed omnia plena sunt odij, dissidij, & ambitionis; omnia nedum ad debilitationem, sed subversionem supremi capitii ecclesie, quorundam machinationibus ordinata.

Huic Brixinen sis orationi, cum dictus Rex Anglie præstando assensum (spreto decreto Basiliensi) permisæ

rit per sui Regni Prælatos continuari solutionem communi-
nis, & minutorum seruitiorum, & per omnes regnico-
las præstari dictum denarium sancti Petri; similiterque alij
Reges, & principes (exceptis Gallis) & seruitiorum,
& dimidiæ annatae solutione per suos continuari voluerint:
negari non potest, quin uera fuerint per dictum Brixinen-
sem, pro inualiditate dicti decreti allegata: quodq; illud
fuisse iniuste, atque illegitimè, & per factionem quorun-
dam seditionis, reclamantibus bonis extortum: quando-
quidem & ipse Rex Angliæ, & alij Reges, & Principes,
habebant in eodem Concilio suos legatos, per quos necessas-
riò credendum est, eos fuisse factos certiores de singulis que-
ibi gesta erant: & si legitimè, an perperam gesta essent, et
conclusa. Quamquam etiam si prorsus omni seditione, &
uitio cessante, decretum processisset, contraria obseruantia
fuisse sublatum: cum indubitati sit iuris, quod consuetudo
contra canonem, qui nunquam fuit usu receptus, præualet,
& pro ipsis contrariæ consuetudinis ualiditate, sufficit
factos esse actus contrarios; ut communiter tenent doctores
in c. I. de treg. & pace. Quid ergo dici poterit in hac spe-
cie, ubi habemus contrariam consuetudinem, etiam longissi-
mi temporis, annorum plus minus centum triginta?

26 Sequebantur loco tertio, uerba Glossatoris pragmaticæ,
circa que refellenda, non oportet multum fatigari, quia
in summam ille, cum tanta uerborum incomposita congerie,
nihil aliud lucrificat, nisi ut omnibus patefaceret mentem
suam parum æquam Romano Pontifici; cuius dignitati qua-
rum inuidaret, non potuit dissimulare: Quod plerisque
alijs, qui hac tempestate, contra summi Pontificis auctoritas
tem libros inuulgare tentauerunt, similiter accidit; cum

nihil aliud probent quām imprudentiam suān, & liuorem quo aduruntur, insana eorum maledicentia detegant. Diētī igitur Cosmæ ignorantia, adetegitur ex primis uerbis, ubi dicit, appellari annatas, quia per annum emolumenta beneficiorum percipiebantur, & adhuc hodie percipiuntur in curia Romana, & alibi; & de ipsis notatur in clem. quia regulares. §. præmissa, de supp. negli. prælat. Et dicuntur Annalia, in extrauaganti Ioannis xxij, suscepiti: & uacantiae, infrā eodem. §. item quod ex nunc. Et ante tempus Ioannis xxij, raro uel nunquam exigebantur; sed ipse Pa-
pa, per extrauagantem, cum nonnullæ: in qua præsuppo-
nit, aliam prius fecisse, afferit fructus primi anni ecclesiaz
rum uacantium ad triennium, in aliquibus orbis partibus,
pro necessitatibus Romanæ ecclesiæ, suæ Cameræ reserua-
ſe: sed quod temporaliter, & ab aliquibus ecclesiis, pro tem-
poris necessitate, ab eo exactum fuit; in perpetuum, & ad
omnes ecclesiias postea à Bonifacio nono, qui primus indiffe-
renter ecclesiasticis beneficiis annatarum usum imposuit,
extensem est, contra totius iuris diuini, & humani disposi-
tionem etc. Dum enim unico Annatarum uocabulo, credit
significari annatas, de quibus loquitur decretum Basiliense;
& uacantias, & annalia, de quibus loquuntur extrauagantes
Ioannis xxij; demonstrat ignorauisse, quod ea uoca-
bulis significarent res diuersas, quemadmodum superius pro-
baui. Malitia uero eius ostenditur, non solum ex eo, quia
depravatè descriptis uerba Ioannis Andreæ, ut collatione
facta superius ostensum est; sed etiam quia dissimulat com-
mune, & minuta seruitia; quorum usus, ut antea proba-
tum est, non habebat initij memoriam; & illorum non fa-
cta mentione, contra rei ueritatem, confuse omnium inuen-

tionem attribuit Bonifacio ix. Sed id quoque non sine uene
no; quia tacet Bonifacium ix introduxit duntaxat dimis-
sionem, loco integræ annatæ, cuius reseruatio, non primum
à Ioanne xxij, ut ipse falso, ac temerè asseruerat; sed ab
antiquissimis ante a temporibus fuerat in usu. Et hæc quo
ad primam uerborum dicti glossatoris partem; quæ dici pos-
test esse narratiua. Subsequens uero, in qua dicit eius sen-
tentia dum ait; Contra totius iuris diuini, & humani dispo-
sitionem; Nonne scriptum est, Neminem concutiatis? &
quod gratis acceperitis, gratis date? Nunquid Simon magus
cum gratiam spiritus sancti emere uellet, damnationis suæ
sententiam à Petro audiuit, Pecunia tua tecum sit in perdi-
tionem. Et qui sunt illi qui dant, & recipiunt annatas, nisi
ementes, & uendentes in templo, quos Christus ab illo
eiecit; etiam ex euentu solo damnandi sunt, nam ex hoc
indigni, & qui plus pecuniarum habent promouentur, &
dignus est prælatura, cui non actionis meritum, sed copia
rum præmia suffragantur: Vnde restat, ut nihil sibi in ec-
clesiasticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria,
sed totum auri profanus amor obtineat. Pro solutione anna-
tæ, plerunq; mobilia, etiam preciosa, ecclesiarum uenduntur.
Parentes promotorum, pecunijs exhausti, destruuntur: ma-
teria exigendi à subditis paratur; ut quotidie uidemus, pro
motos à subditis pecunias sub uelamento iucundi aduentus
(quem tristem & moestum potius dixerim) exigere. Vnde
boni Prophetæ, olim munera prophetiæ non accipiebant, sed
stipes tabernaculi: mali autem quia accipiebant, prophetia
(quæ donum dei erat) in diuinationem, (quæ diabolice
est) conuertebatur. Quid aliud colligitur, nisi (ut ait Hie
remias) Idcirco propter uos Sion quasi ager arbitur &

Hierusalem in custodia pomerij crit. Hæc dicti Glossatoris sententia, uel potius temerarium iudicium, cum ex ipsa sua temeritate confundatur, non indiget alia confutatione. Prima enim pars, quia præsupponit receptionem, & solutionem Annatarum esse simoniacam, quasi emantur, et uen dantur beneficia; ex antedictis redditur falsa; cùm sit probatum contrarium. Et pro his quæ dixi, (tanta est ueritatis efficacia, quæ etiam ex ore mendacium, inuitis illorum dentibus exit in lucem) ipse idem glossator testimonium facit: quandoquidem paulo inferius in glos. uerbi: consuetudinis: ubi querit, an ibi reprobetur consuetudo generalis in omnibus ecclesiis collegiatis, quod Canonici in sua receptio ne dant aliquid; facit distinctionem, in qua inter alia ponit hæc uerba. Poteſt dici, quod si consuetudo imponit hoc onus præbendæ, & non recepto, & ualeat in fauorem cultus di uini, arg. c. significatum: de præben., & cap. I. ut eccl esia, benefi. & hoc casu potest esse uerum, quod à principio etiam cautio exigi possit; arg. xvij. distin. de Eulogis: et xvij q. 2. seruitium. Quæ uerba consentiunt cum his, quæ anteā dixi pro iustitia annatarum; cum sint onus impositum, non ipsis promotis, imo neque etiam beneficijs, sed fru etibus. Insuper idem Glossator, ibidem subiungit hæc uerba. Similiter potest queri, an hic damnetur consuetudo, quasi generalis in Normandia, in dioceſi Parisiensi, & alijs pluribus locis, qua Episcopi, uel Archidiaconi percipiunt fructus primi anni beneficiorum uacantium, pro de portu. Et uidetur quod non, quia talem consuetudinem iura approbant c. præsenti. §. porrò. de offi. ordi. lib. vi. Excepto quod habetur, in c. quia ſæpe: de electione: & in clém. Statutum. §. I. de electione: & Docto. ut not.

Ioan. Andr. in c. nemo. de reg. iur. lib. vi. 1. no. Vbi al-
legat extrau. Ioannis xxij. suscepti regiminis; ubi hoc est
decisum. Allegat eam in clemen. i. de concess. præben.
in clemen. ij. de decimis. Non est autem uerisimile, unico
uerbo, tot iura subuerti: Ideo posses intelligere hunc tex-
tum, cum tales deportus, uel Annatae exiguntur pro collatio-
ne, uel inuestitura, aut alijs spiritualibus; ita quod illa sine
causa immediata, propter quam talia exiguntur. Hæc au-
tem ratio, quam egregius ille glossator fecit, pro substantia
tione illius consuetudinis, per canones, & extrauagantes,
ab eo citatas, ad commodum Episcoporum, & Archidiaco-
norum approbatæ; multo magis facit ad fauorem Papæ, &
Sanctæ Sedis Apostolicæ; præsertim cum causa exactio-
nis annatarum, non sit collatio, neque beneficium; sed uacatio,
et fructus ipsi, ut antea probatū est. Pars altera sententiae di-
cti glossatoris, ubi posuit, Annatas etiā ex euentu esse dam-
nandas, quasi qui plus pecuniarum habent, quam libet in-
digni promoueantur; & reliqua. potest bilem simul, & ioz
cum (ut Horati uerbis utar) mouere. Nam, quantum at-
tinet ad Annatas, de quibus ipse loquitur, cum sint certæ,
& notæ, Episcopatum uidelicet, & Monasteriorum, ex
libris taxarum; inferiorum uero beneficiorum, ex ipso uer-
o ualore, qui exprimitur; non potest esse locus ementitæ
per dictum glossatorem licitationi; præsertim cum summae
prædictæ, non soluantur Pontifici ad manum, neque tempo-
re quo fiunt prouisiones; sed postea officialibus adid depu-
tatis, quandocunque libet ipsis prouisis literas expedire:
quas plerique (ut antea dictum est) nunquam expedient.
Præterea, licitationi prædictæ, etiam si maximè uellet Pa-
pa, uix locus esse potest quod ad Episcopatus, et Monasteria;

que ferè omnia conceduntur nominatis à Regibus, & Principibus, sub quorum temporali ditione sunt Episcopatus, & Monasteria: inter quos, uel præcipius, est Rex Francorum: aut electis à suis capitulis, ut in Germania, & quibusdam alijs partibus: Ita quod non remaneat Pontifici libera Episcopatum, & Monasteriorum collatio, nisi in certis Italice partibus. Quò uero ad alia inferiora beneficia, multo minus talia ementiri debebat præfatus glossator, deplorando destructionem pecuniarum Galliæ; cum ipsis gallis, ratione inferius dicenda, indulsum sit, ut pro illis non soluant annatam, et liceat eis impune quorumcunq; inferiorum beneficiorum fructus, exprimere sub ualore ducatorum. Neque omittendum est, quin etiam eludamus ridiculam illius exclamationem, quam facit super depauperatione illorum, qui promouentur; à quibus, ut ipse ait, pro solutione annatæ plerunque mobilia, & preciosa ecclesiærum uenduntur: & eorum parentes pecunijs exhausti destruuntur. Vnde enim prouenire, aut cui persuaderi potest tanta destruccio, causa annatarum; si pro episcopatus, & Monasterijs, taxa, non excedit tertiam, & pro inferioribus, annata non excedit dimidiam ueri ualoris? Et si quilibet prouisus, illico recuperaturus est ex fructibus, ibi triplicatam, hic duplicatam summam? uel potius multò maiorem; siquidem rarissimi sunt Episcopatus, & Monasteria, quorum fructus non sint multum aucti à tempore, à quo instauratae fuerunt à Ioanne xxij taxæ prædictæ. Et de beneficijs inferioribus, nunquam ferè uerus ad unguem exprimitur ualor: & talis, qualis exprimitur, semper intellegitur deductis omnibus expensi, & oneribus consuetis. Itaque, cum risu missum faciamus dictum Glossatorem, qui posita

posita uera causa; et uero modo solutionis annatæ, quemadmodum superius posui, ex his quæ dixit in glos. uerb. consuetudinis, conuictus est facere pro iustitia annatarum.

- 27 Et quamvis Basiliensi decreto, ex prædictis (ut mibi uis detur) sufficienter confutato; necesse non sit, pragmatizam Galliae sanctionem antedictam, quæ in ipso basiliensi decreto fundamentum habuit, confutare; tamen ne in ali cuius mente remaneat scrupulus, propterea quod, tanta et talis natio, quanta et qualis est Gallicana, decretum illud, per ipsam pragmaticam acceptatum, octuaginta fere annis obseruare contendenter; non ab re uidebitur esse, si de ipsa quoq; pragmatica, quomodo se res habeat exponamus. Reæctio autem ordine procedendo, causamq; rei cognoscendo, scire oportet, nullum esse inter Christianos, Principem, qui liberius, ac sœpius Ecclesiarum redditibus manus apposnere confueuerit, quam Reges Francorum, qui olim id faciebant auctoritate summi Pontificis, deinde etiam inscio summo Pontifice, idem facere sibi ipsis usurpauerunt. Quod, ultra illos, qui Regni Franciæ historiam descripsierunt, probat etiam Albericus de Rosate, qui in suo dictionario, uerbo, Decima, §. ultimo, dicit hæc uerba. Proh dolor, unum in fine huius materie silere non possum, quod oculata fide percepisti: Et notorium est, quod istæ decimæ, quæ ad deuotionem diuini nominis, à principio processerunt, intantum propter malos pastores Ecclesiæ distribui uidi Regi Franciæ, sub colore passagijs ad recuperationem terræ sanctæ, tempore Papæ Ioannis xxv. Et tamen unum passum, uel apparatum non fecit, et sic etiam est concessa, et conceditur sœpe alijs regibus, principibus, et baronibus in eoru[m] territorijs, per Papam, et Cardinales. Alij quoq;

Verba Alberici contra seculariū principum auaritiam.

Prælati, & Clerici inferiores, an eas dispensent, sicut statuit lex diuina, quilibet palpare potest; Violenter enim, & crudeliter eas extorquent à pauperibus rusticis, & cultoribus, debitas, & indebitas si possumunt; nec per eos communiter remanet, ut eas distribuant, non pauperibus, sed concubinis, & fornicarijs suis, ac filijs adulterinis; Quod uerè Dominus suo tempore non relinquet inultum; alias mentirentur diuinæ scripturæ. Hæc spiritu certè prophetico ex euentu dixisse comprobatur Albericus. Nam & ego uidi hominis benè docti libellum, qui complorans Christianæ Religionis calamitatem, obseruauit miserios exitus, quos habuerunt multorum Principum res; præserfim bellicæ: quas illi aggressi sunt gerere, extortis ab ecclesiasticis locis pecunijs, siue propria auctoritate, siue impetratis à summo Pontifice, prætextu alicuius falsæ causæ, decimis, aut alijs subsidys; oblii quòd sicut ipsi, quæ sunt Principis uolunt pro se, ita etiam quæ dei sunt, iuxta Euangelium, deberent Deo relinquere. Quò uero ad ipsos ecclesiasticos, qui ecclesiæ rum fructus (ut Albericus conqueritur) male dispensant; absque doctore, uel obseruatore aliquo, unusquisque per se, de ijs quæ cognouit, reminisci potest, & uidebit periuisse, ut ait scriptura, eorum nomen cum sonitu. Et sicut scriptum est, Iobi cap. 20. Qui eum uiderant dicent, ubi est? uelut somnium auolans non inuenietur; transiet sicut uisio nocturna: Oculus qui eum uiderat, non uidebit, ne que ultra intuebitur eum locus suus. Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Sed eo, unde digressi sumus, regrediendo; Ioannes Andreæ quoque in clem. ij. de decimis, Vbi tex. dicit, si beneficiorum decima, cuiuis simpliciter concedatur; Ipse super uerbo, cuiuis, ait, Præ-

lato, Principi, uel alteri, in Regno Francie sœpe practica
tur iste casus. Hoc autem cum ita esset, non defuerunt ex
ipsis ecclesiasticis, quibus dolebat soluere consueta Papæ, et
Regi decimas; qui incœperunt Regi, & eius aulicis persuadere,
quod melius erat subtrahere illa, quæ soluebantur
Pontifici, & Romanæ Curiae, ut Rex ipse posset oportu-
nitatibus suis melius consulere. Hancq; occasionem arri-
punt dicti assentatores, sub dicto Carolo vi Rege, qui erat
adolescens, eiusq; Regnum, & pecunia, ab Agnatis, &
aulicis diripiebantur: Ideoq; sub specie subtrahendi obedien-
tiam Benedicto xij; nomine ipsius Regis fecerunt superius
exemplatum decretum: Et nihilominus, paulò post à Papa
Gregorio xij, prætextu expeditionis faciendæ, pro recupe-
ratione Regni Sicilie, impetraverunt duas decimas. Ea igit
tur dulcedine allectus etiam Carolus vij illius filius, accepta
tis nonnullis Basiliensis Concilij decretis die 7. Iunij, Anno
Domini 1438, habita in Ciuitate Bituricensi congregatio-
ne Prælatorum, & procerum suorum; composuit libel-
lum, quem sub nomine pragmaticæ sanctionis, pro lege ser-
uari iussit, inter quæ decreta, erat illud superius exempla-
rum factū à Basiliensis, super Annatarum prohibitione.
Post quam pragmaticæ editionem, inter Pontifices Roma-
nos, & Reges Francorum, ea de re pluries altercato; tan-
dem Ludouicus Rex eius nominis xi, illam abrogauit; &
plenam obedientiam Pio ij Pontifici, & sanctæ Sedi Apo-
stolicæ reddidit; licet parlamenta, & Vniuersitates Pa-
risienses, nunquam uoluerint Regiæ uoluntati prædictæ ac-
quiescere: quamobrem tumultuatum desuper fuit, usque
ad tempus Papæ Iulij ij; qui hac potissimum de causa, indixit
Concilium Lateranense; & cum aperto, ac durante Con-

F ij

cilio, iulius ipse deceſſisset; inter Leonem & Pontificem
ipſius Iulij ſucceſſorem, & Franciſcum Regem, facta fuit
concordia, iuſſumq; ipsam concordiam, loco dictæ pragma-
ticæ, deinde ſeruari debere: itaq; factum eſt, expeditis de
ſuper literis oportunis, tā Leonis Pōtificis, quām Franciſci
Regis p̄dicatorum, de Anno Domini 1517 & omnia
leſta, publicata, & registrata fuerunt, etiam in ipſius Re-
gni Franciæ parlamentis, et uulgariter appellantur Concor-
data Franciæ. Concludendo igitur de pragmatica, dicimus,
illam contra Annatas nullum facere p̄ejudicium; quando
quidem earum fundamentum totum erat in ipſo Basiliensi
decreto, illo iam per antea dicta ſublato, facile corruit deſu
per factum pragmaticæ ædificium: Ut parum apte, conclus-
iſſe uideatur Duarenus Iureconsultius argumentum ſuum,
qui in uulgato quodam libro, de ſacris ecclesiasticis miſles-
rijs, ac beneficijs; ſub titulo de Annata; utitur hac argu-
mentandi forma: uifitatum eſt apud nos, & Leonina con-
ſtitutione, cuius ſæpe meminimus, confirmatum, genus
uectigalis, quod uulgus Annatam uocat; Nam cum primum
recens leſtus eſt, & à Rege nominatus aut Episcopus, aut
Cenobiarcha; Romanus Pontifex, anni integri fructus
eius beneficij percipit, eosq; ſibi ſlatim ſolui, ac repræſenta-
ri curat. Huc uisque bonus hic argumentator, duo dixit
mendacia, unum, ubi dixit, Anni integri fructus; alterum,
quod Papa, illos ſlatim facta nominatione, ſibi ſolui curat;
cum inter nominationem, & expeditionem literarum, ſe-
cundum quam ſoluitur annata, plerunque intercedant plus
res ne dum menses, ſed anni; & plerunq; literæ, ut ſæpius
dictum eſt, nunquam expediantur, neq; ſoluatur annata.
Proſequitur deinde dicens. Hoc uectigal, quod annum

appellatur, non quod Anniversarium, sed quod unius anni sit, quidam à Bonifacio nono inuentum; alij a Ioanne xxij, scribunt. Et hic quoque aliorum errorem secutus, cum loquatur duntaxat de Episcopatibus, & Monasterijs, pro quibus non annata, sed seruitia, quæ immemorabilis tempore, ante Bonifacium, & Ioannem prædictos pontifices, erant in usum. Subiungit deinde, sœpe quæsitum esse, an iure posset exigi: & illam ferè Theologorum, & iuris Pontificij consultorum esse opinionem: Romanum Pontificem, lege simoniaci ambitus, ut cæteros Episcopos teneri, si pro sacrificiis ministerijs, pecuniam accipiat; atq; inculcata autoritate Concilij Basiliensis, quo dicit hoc genitus uectigalis esse datum, concludit in hæc uerba, uis delicit. Quoquo se uertant Pontifices, quibuscumque decreatis, constitutionibus, pæctisque hanc exactiōnem tueantur, diuinum oraculum semper eis opponemus, gratis accepistis, gratis date. Atque ex hac sua conclusione, inferit corollarium aduersus dicta ultima concordata; in hæc uerba, uidelicet. Quod cum ita sit, conuentio inter Regem nostrum, Pontificemque Leonem inita, turpis omnino, ac inhonestâ quibusdam uidetur, ideoque pro non scripta haberi, ac reici deberi. Ita tamen, ut cætera capita eiusdem conuentionis, quæ à ratione, honestateque non abhorrent, nihilominus obseruentur. Hæc est dicti Duarenii sententia: Quæ quoniam ex supradictis satis est confutata, uidetur ei, opposito corollario, posse occurri dicendo. Quia Annata exactio non est simoniaca, decretumque Basiliense, pro illarum abrogatione factum, uniuerse ab omnibus reprobatum, iniustumque, & impium fuit, & in consequentiam, talis erat pragmata sanctio, super Basiliensi

decreto fundata; Hinc inferatur, quod conuentio inter Franciscum Regem, & Leonem Pontificem inita, honesta, iusta, & laudabilis, ideoque inuiolabiliter seruanda est.

Sed non quiescit adhuc animus, nisi de pragmaticæ 30 prædictæ improbitate, antiquos etiam proferam testes. Petrus ille Episcopus Brixinensis, qui ante dictam legationem, per Eugenium Papam, etiam ad ipsum Carolum septimum pragmaticæ auctorem, missus fuit; in satis bene longa oratione, quam coram ipso Carolo Rege habuit, non expauit in eius faciem, quantum attinebat ad ipsam pragmaticam sanctionem, aperte loqui in hæc uerba.

Verba Petrii Ep̄i Brixii = nēsis ex eius oratione habita coram Carolo viii. rege Franco rum.

Atque in ea re, ut missa faciamus reliqua, & omnis nostra ad te conuertatur oratio; Non potest Eugenius Pontifex non magnopere dolere, atque admirari; tantum in te fuisse reformationis desiderium, ut (quod bona uenia tua dixerim) leges plenas turpitudinis, ac deformationis, a Basiliensibus editas, pro reformatione admiseris. Legem enim quandam Maiestas tua fertur promulgasse, quam uulgo, pragmaticam sanctionem uocant, in qua Basiliensem decreta quedam diceris recepisse; & in Regno tuo ab omnibus obseruari mandasse. Quod profecto a ueteri Principum more uidetur fuisse quam maxime alienum; Esto enim quod Basiliensem leges sanctæ & honestæ fuissent, illæ tamen, tanquam statuta sinodalia, haberet nullatenus debuissent, nisi eas Apostolicæ confirmationis robur solidaasset. Quid enim tibi, & cæteris circa eas credendum, quid tenendum esset, debuisti a Sede Apostolica postulare: Idque exemplo sanctorum Patrum, ac clarissimorum Regum, quorum tibi actiones proponimus, ne rem nouam dicere uideamus. & subinde, propositis exemplis Iustiniæ

ni, & Caroli Magni Imperatorum, auctoritatibusq; aliis
quot sanctorum Patrum, & sacræ scripturæ, quas bre-
uitatis causa, hic ommittendas esse censeo; prosequitur di-
cens. Cum itaque harum constitutionum a te receptarum,
quædam omnino confirmatæ non sint; quædam uero per-
petuam Sedi Apostolicæ damnationem meruerint: quo pa-
ctio pro legibus abste haberi potuerint, non satis animad-
uertimus: cum tuum non sit, hoc est Christiani Principis,
id recipere, id obseruare, quod Romanæ Ecclesiæ dama-
nauit auctoritas. Id autem summa cū ratione factum esse,
quis inficiabitur. Ea enim Basiliensium decreta, ius diui-
num grauissime lœdunt, & priuilegia Sedi Apostolicæ;
non ab homine aliquo, sed ab ipso Deo collata, imp̄ijssimè
uiolant, quod hereticum esse, sancti nos patres admonues-
runt? Et postquam ad hoc quoque probandum, Nicolai pri-
mi, & Leonis Pontificum adduxit auctoritas, subiunc-
git. Utinam surdi Basilienses ad hæc aperuisserent aures;
& ut bene agerent, intelligere uoluissent; in has enim
sordes, nec se, nec alios præcipitauissent. Tu uero, Chri-
stianissime Princeps, qui & pacem Ecclesiæ, & decorum
eius affectuosissem cupis, quæcumque dicimus gratissime
audis, & in arcano pectoris tui colligis, ac custodis. O si
possem singulis huius tuæ legis capitulis immorari, ostend-
erem profecto, neque Basiliensibus, horum malorum au-
toribus, facere, neque tibi eas constitutiones recipere li-
cuisse, quæ Romanæ Ecclesiæ dignitati, honori, principe-
patui, ac priuilegijs derogant, quorum tanta fuit apud
maiores tuos reverentia, tanta uis, tanta auctoritas; ut
ea omnia potentia, & armis, ipso quoque sanguine tueri,
ac defendere minime dubitauerint. Sed quoniam non para-

ui, neque leuis negoty ea res est, idq; temporis huius ratio
nequaquam patitur, longius enim dixi quam in initio propos-
sueram, erit benignitatis, & clementie tuae, alio tempore de
bis (quae nunc missa facimus) nos audire. Cōfidimus enim,
Maiestati tuae, Basiliensium dolos, erroresq; grauissimos,
Pontificis uero maximi iustitiam, & equitatem, honestatem, ac
ueritatem ostendere: & ita ostēdere, ut gloria illa sua ani-
mi magnitudine, & feruore fidei ardentissimo, aduersus
eorum iniquissimas leges insurgas, illasq; damnes, reprobæ,
ac reicias: quoniam ex ipsis peruersis legibus, (ut pote aucto-
ritatem, & dignitatem sedis apostolicæ corrumpentibus) nō
reformatio, quam se facturos per hoc decennium polliciti
sunt, sed abominanda deformitas introducta est.

**Verba Helie
Archiepisco-
pi Turonen-
sis.**

Alter antiquus testis, est Helias Archiepiscopus Tu-
ronensis, qui tunc erat a consilijs dicti Ludouici. xi. Regis,
& contra pragmaticam, & illius fautores, pro ipsius Regis
abrogatione prædicta scripsit, concludens obediendum esse
Romane, & Apostolicæ Ecclesiæ, posthabita pragmatica
sanctione prædicta: quam conclusionem probat his rationib-
us, quarum prima sumitur à Sanctæ sedis Apostolicæ, &
in ea sedentis Pontificis præminentia; Secunda, a periculo
quod incurritur si eiusdem Sanctæ sedis Apostolicæ obedien-
tia quomodolibet transgrediatur; Tertia, ex ipsius Regis
prædecessorum benedictæ propaginis Francorum domus fiz-
ie, & deuotione, quibus mirifice decorati claruerūt; Quar-
ta, ex eiusdem Sanctæ sedis Apostolicæ, in præfutam Sacra
domum Francorū, benedictione: Quas omnes rationes, cum
authoritatibus, & exemplis comprobauerit, subinde addit
quintam rationem, ex eiusdem pragmaticæ exorbitatione,
& minus sufficienti auctoritate; exorbitationem autem ex

eo arguit, quia in ipsius pragmaticæ principio, auctoritatis apostolicæ usus grauiter inculpatur; & ei in multis detrahitur, quod multis scripturæ sacræ, & Conciliorum locis, probat esse contra ius diuinum: deinde quod ipsa pragmatica sufficienti auctoritate careret, arguit hoc modo. Quoniam (inquit) si uim & auctoritatem legis obtinet, necesse est dicere, à quo hæc auctoritas deponet: & uidetur quod à nullo possit dependere; quia aut à nege illam dictante, & pronunciante; aut à prælatorum, & aliorum Regni processorum congregatione, aut à Basiliensis Concilij editione, per sufficientem diuisionem, quia certum est, quod non à Papa, qui illam improbat, & de testatur. Primum autem membrum, quod non possit subsistere auctoritate Regis, probat, quia materia subiecta non erat sub iurisdictione, & potestate Regis, nempe de his, quæ spectant ad fidem, & Religionem; secundum, quia illi, qui dicta constitutione pragmaticâ ligari debebant, personæ scilicet Ecclesiasticæ, nō erant ipsi Regi subditi. A Prælatorum uero, & aliorum Regni processorum congregatione, constitutionem prædiclam auctoritatē habere posse negat, eo quod de iure nulla prælatorum, uel clericorum Congregatio censeatur esse legitima, nisi summi Pontificis auctoritate fiat: Licet enim (inquit) quilibet Episcopus Clerum suum, pro utilitate suæ dioecesis, & Archiepiscopus prouinciae suæ suffraganeos conuocare possit, & debeat, unus tamen Episcopus, alium Episcopum, & Archiepiscopus, alium Archiepiscopum, aut alterius Ecclesiæ suffraganeum conuocare non potest. Congregatio itaque mulierum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & priorum, & clericorum diuersarum dioecesum, nullam uidetur habere iuris subsistentiam; cum nullus, de iure, auctoritatem

babeat conuocandi, neque tali congregationi præsidendi, sed
neque aliud statuendi, præcipue contra Summi Pontificis au-
toritatem; & talis congregatio acceſſala censeretur; & si
permitteretur, ſequeretur exinde graue diſſidium in Eccle-
ſia, quæ una eſt Christi ſponsa immaculata. Nam quælibet
natio niteretur ſine capite ad ſui nutum introducere ſibi ri-
tum nouum: & ſic poſſent inde prouenire ſciſſuræ, ac ſciſſa-
mata in Eccleſia; & ſic recedere ab unitate unius capitii;
quod improbat Apostolus, prima, ad Corinthios. Et poſt
multas auctoritates, ſubiungit: Amplius oſtendi poſteſt, quòd
dicta Congregatio Bituricensis, nulla ceneri potuit eſſe au-
toritate ſuffulta, quoniam dicere oportet, a ſufficienti diui-
ſione; quòd aut fuit Concilium generale, & hoc non; quia
non interuenit auctoritas Papæ, ſine qua celebrari non po-
teſt, ut præoſtensum eſt, neque interuenerunt aliae natio-
nes: Aut prouinciale, & hoc non; quia Concilium prouin-
ciale dicitur, quod Metropolitanus, cum ſuis suffraganeis, in
ſua prouincia celebrauit: Aut ſinodus episcopalis, & hoc
non, quia in tali eſt unus Episcopus tantum, qui præſidet;
& auctoritatem impartiſt. Et cum ad hæc ſingula compro-
banda, iura, & auctoritates citet; poſtremo addit, quod prag-
matica prædicta, non ualeret a Basiliensis Concilij editione
ſubſttere: nā tacitis (inquit) multis quæ exprimi poſſent,
ut potè, quæ fuit cauſa mouens, conuocandi illud Basiliense
Concilium, & quis modus in proſecutione fuerit obſerua-
tus: Qualis etiam per Basilienses facta fuerit Antipapæ
intruſio, maniſtata finaliter per factum, cui meritò non af-
ſenſit vniuersalis Eccleſia, ut ſatis de ſe patet, de quibus ad
præſens ſuperſedeo. Sed alia ſunt, propter quæ, auctoritas
dicti Concilij Basiliensis, conſolidare nequit ipsam pragmas

ticam: & primū est, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ præheminentia, & auctoritas, quæ super omne Concilium est, ut superius ex multis iuribus, & auctoritatibus, est probatum, unde in editione quorumcunque decretorum, uel Canonum S. R. Ecclesiæ auctoritas, subintelligitur semper excepta. Et post multa iura, etiam ad hoc adducta, dicit; Secundum, est eiusdem Concilij Basiliensis auctoritas nullitas; Nam ea prætensa, quæ dicuntur edidisse decreta, super quibus fundatur dicta pragmatica, ediderunt post factam translationem Cœciliij, ex Basilea, ad Cinitatem Ferrarie, & post excommunicationem latam per Papam, Dominum uidelicet Eugenium, contra Basilienses, nisi discederent à Ciuitate Basilea, quod ad effectum Concilij prætensi: & sic eidem omnis auctoritas defuit. Et postquam multis etiam auctoritatibus, probauit ualuisse translationem Concilij, & excommunicationem prædictam, dicit; Tertium, est eiusdem pragmaticæ, & decretorum, prætensi Basiliensis Concilij, contrarietas. Primo, quoniam illud Concilium Basiliense, præventionem in conferendis beneficijs, Papæ liberas reliquit, sicut etiam de iure cōmuni sibi competit; Pragmatica uero non annuit. Secundo, dictum Concilium per decretum ordinat, quod Principes, pro electionibus faciendis, literas electoribus non dirigant, neque preces fundant; sed liberè eligere permittant; Pragmatica uero, illi decreto non acquiescit. Præterea sunt in dicta pragmatica additiones, uarietates, modificationes, & restrictiones in dictis decretis, prout constat per tenorem ipsius pragmaticæ, quam confirmari, præstolati sunt sibi per Regios Oratores, à memorato Concilio Basiliensi, quibus quidem Oratoribus regijs fuit responsum, quod de cœpta, aut in totum acceptaret, aut in to-

C ii

ANT. MASSAE

tum recusarent; & sic nullam penitus à dicto Concilio confirmationem, aut auctoritatem qualemcunque reportarunt. Ex quo concluditur, quod ipsa pragmatica nunquam auctoritatem habuit, & ualde periculosè agebatur, cum quis ea utebatur per modum prædictum. Et tandem multis interpolatis scripturæ sacræ, & sanctorum patrum auctoritatibus, dicit. Ex præmissis igitur omnibus concluditur, quod bene, iuste, sancte, & utiliter præfatus. D. noster Rex, dictam pragmaticam, tanquam debita auctoritate carentem, merito abrogauerit, & plenam obedientiam Sanctissimo. D. nostro Papæ præfliterit, & bene consultus hoc fecit, licet in hoc magnum non requireretur consiliū, quia ut ait Philosophus iij. Ethicorum. In magnis, & dubijs, diuturna deliberatio, & multorum consilia requiruntur, in his autem quæ sunt certa, & determinata non requiritur consilium: ut ponit Beatus Thomas, Secunda secundæ: questio. ulti. Per hæc autem superius scripta satis patet, quod hæc sunt certa, & determinata; & quod Rex ita facere debuit, pro salute sua, & Regni sui; ut sit ipse semper uerus Christianissimus, & catholicus filius Ecclesie, & sanctæ Sedis Apostolicæ, unà cum patre suo Sanctissimo, Pontifice summo, in Spiritu sancto, qui eos illuminare dignetur, & gratia superna implere corda eorum, in vinculo pacis: ad fælix, & utile regimen utriusque potestatis; ut coronam decoris accipere mereantur de manu Domini, & uitam consequi sempiternam. Hæc sunt, in summa, uerba dicti Heliae Archiepiscopi; per quæ simul terminata est secunda pars nostri tractatus.

Superest instituti sermonis ultima pars, in qua polliciti sumus describere, usum secundū quæ Annatæ soluuntur, Cuius usus modi, quanquam ex præcedentibus colligi ualeat, ideoq;

inde petenda relinquiri possent, facilioris tamen intelligentiae gratia, & ne eius oblitio uideremur, paucis eam quoque partem, separatim, hic breui summa repetendam esse duxi.

Constituenda est ergo regula, quod Annata (sub quo nomine hoc loco tam commune, & minuta seruitia, quam di midiam Bonifacianam intelligi uolo) soluunt omnes illi, pro quibus expeditur literae, super prouisionibus beneficiorum uacantium, & super alijs gratys, ex quibus detur ius percipiendi ipsorum beneficiorum fructus, aut ipsorum fructuum partem, ut pensiones, & fructuum reseruationes.

Ex huius regulæ singulis partibus, deducuntur species quædam, pro quibus non debetur annata, uel eius differtur solutio. Ex prima enim parte, ubi dicitur, super prouisionibus beneficiorum, deducuntur hospitalia, quæ secundum for mulam constitutionis Clementis Papæ. v. regenda committuntur; & monasteria Monialium, seu (magis propriè loquendo) illorum Abbatissatus, pro quibus Annata non debetur, sed quælibet Abbatissa, dono dat solummodo uestem lineam, quam uulgò rocchettum appellant, seu certam modicam, pro eodem rocchetto, pecuniarum summam. Pro illis quo que beneficijs, quæ nouè eriguntur, & tunc primum ex bonis profanis dotatur, illi quibus ea beneficia ab eoru prima erectione conferuntur, annatam non soluunt. Pro illis quoque, quorum fructus, secundum communem estimationem, ponuntur non excedere ualorem annum uiginti quatuor ducatorum, & pro quibus semel soluta est, si contingat illa intra unius, & eiusdem anni circulum iterum uacare, non perceptis à prius prouiso fructibus, in secunde prouisionis expeditione annata non soluitur. Prout neq; ille soluit, qui super una supplicatione iam semel expeditis literis, & soluta an-

G iy

nata, uigore eiusdem supplicationis alias, quamuis sub alia, et
diuersa à prius expeditis forma, literas uult expedire. Quod
aliter se habet, si secunda expeditio, quamuis pro eadem per-
sona, fiat super alia diuersæ (præsertim posterioris) datae
supplicatione, quia tunc uidetur præsupponi alia uacatio,
usque in diem datae secundæ supplicationis: & propterea
non est inconueniens si noua sit facienda solutio; hoc dico, si
interim ille, uigore prioris expeditionis, percepit fructus, non
aliter: nam si illos perceptit, quia data adhuc uacatione, sequi-
tur fructus illos fuisse interim indebitè perceptos, mirandū
non est, si prima illa solutio, non excusat à secunda solutione.

Quod de Monasterijs Monialium, & hospitalibus dictum
est, intelligi debet, quod in expeditione literarum super illo-
rum prouisionibus, non soluitur Annata. Sed si contingat
illorum fructus, aut super ipsis fructibus pensiones alijs re-
seruari, pro fructibus reseruatis, & pensionibus huiusmodi,
prout generaliter pro omnibus alijs fructuum Ecclesiastico-
rum, & pensionum super illis assignatarū reseruationibus,
debet solui, etiam si pensiones monialibus ipsis reseruentur,
si pensiones ipsæ uigintiquatuor ducatorum summam exce-
dant; Hac scilicet adhibita distinctione, & norma; uidelicet
quod si fructuum, uel pensionis reseruatio, facta est super
fructibus Episcopatus, aut Monasterij, sive consistorialis,
sive non consistorialis, sed in libris Cameræ taxati, & pen-
sio excedat summam taxæ libri Cancellarie, tunc in expedi-
tione reseruationis fructuum, aut pensionis, ille, in cuius fa-
uore facta est reseruatio, si expeditat suas literas antequām
literæ prouisionis Ecclesiæ, uel Monasterij expediatur, tenet
solvere integrum dimidiam; sed ubi pro reseruatorio
expediuntur literæ, unà cum literis prouisionis, aut postea;

tunc soluitur duntaxat tertia pars taxæ pro ipsa pensione, seu fructuum reseruatione. Et idem si sint plures pensiones, quæ insimul excedant taxā; quia pro omnibus soluitur tertia pars taxæ, pro rata inter ipsos pensionarios distributa. Et prouiso de Ecclesia, uel Monasterio grauato, pensionibus ascendentibus ad tertiam partem taxæ, uel illam excedentibus, ad quamcumque summam illæ ascendant. (Si pro illos fuerit per pensionarios antea soluta, uel tunc soluatur Annata) illarum intuitu, dimittitur eadem tertia pars à pensionarijs, seu illorum causa, persoluta; & ipse prouisus se obligat illam soluere, in euentum quod pensiones eo possidente cessent. Si uero pensiones non excedunt taxam, pensionarij debent soluere pro tertia parte summæ ipsius pensionis. Et si fructuum, aut pensionum reseruationis super fructibus alicuius beneficij non consistorialis, aut non taxati; tunc si non excedit xxiiij ducatos, pro ea nihil soluitur; sed si eam summam excedit, soluitur dimidia bonifaciana, pro ea summa, ad quam reseruatio fructuum, seu pensio ipsa ascendit.

Sed hoc quoque est circa ipsas fructuum, & pensionum reseruationes considerandum, quod si pro ipsis non reperiatur antea soluta annata, non datur expeditio literarum, super grauati beneficij prouisione, nisi prouisus etiam pro ipsis fructibus, ac pensionibus reseruatis, nomine illorum quibus reseruatæ sunt, persoluat; Sed ita soluentibus datur mandatum Camerale, ut possint retinere, & compensare cum fructibus, & pensionibus per eum soluendis. Desbetq; nihilominus ipse prouisus promittere (sicut antea dictum est) quod ubi contingat pensionem, uel fructuum reseruationem quoquo modo cessare, tunc ipse quoque pro illis

soluet tantum, quanto minus nomine suo, propter reservatae
tiones huiusmodi, soluit in prouisione. Et est notandum
quod actio ex huiusmodi obligationibus orta, exercetur con-
tra quoscunque illarum, pro quibus factae sunt obligationes,
Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum possessores,
& eorum obligationes facientium successores. Et haec dicta
sunt, pro declaratione illius partis positae superius ad limita-
tionem regulae, quatenus diximus, annatas non deberi:
sequitur dicendum circa id, ubi diximus solutione differri.

Differentur autem solutio, quamuis de uacanti facta pro-
uicio expediatur, ubiunque prouisus probat esse aliquem alium
in beneficio intrusum, quae intrusio (si fuit ipsa prouisione,
quae expeditur, anterior) non solum probanda, sed etiam
narranda est in ipsis literis, quae de prouisione expediuntur.
Quandoque etiam intuitu personarum, aut aliqua subs-
sistente iusta causa, (ut quia nota sit difficultas, quam pro-
uisus habiturus sit in ademptione possessionis, & in pensio-
ne quod non sit nisi cum lite, aut alia magna difficultate exi-
gibilis) permittitur expeditio literarum, facta per illos, qui
eas expedient, obligatione de soluendo intra certum tem-
pus conuentum.

De beneficijs in Regno Franciae sitis, soluitur secun-
dum antedictam Gregorij xij reductionem; Videlicet, pro
consistorialibus tantum, habita ratione medietatis taxae,
Et quoniam dioceses, quae nunc sunt sub regno Franciae,
tunc non omnes erant illi subditae, & reduc[t]io prædicta non
admittitur nisi pro locis tunc subditis, ideo introducta est
(ut antea dixi) appellatio patriæ reductæ.

Pro literis autem concessis ad beneficia non uacantia, in
expeditione illarum annata non soluitur, præterquam pro literis

coadiutoriæ, cum clausula futuræ successionis. In cæteris uero adhibetur hæc distinctio: Quia si gratiæ dantur ad uacaturam incerta, ut sunt expectatiæ, reseruationes, manda ta de prouidendo, & cætera talia; pro illis, cuiuscunq; sint summae & tenoris, neque facienda est solutio, neque obligatio: Si uero gratiæ sint ad beneficia certa, in eventu uacationis illorum, ut regressus, accessus, unio, & alii tales; tunc in expeditione literarum, facienda est obligatio de soluendo annatam data uacatione, & purificata condizione gratiæ.

Idem contingit iis, quibus prouidetur à Legatis, & Nuntijs Papæ, aut ab alijs quibuscunq; prælatis, habentib; bus à Papa facultatem conferendi beneficia reseruata; quoniam in literis ipsarum facultatum consueuit apponi decretum, quod illi, quibus illarum uigore continget prouideri de beneficijs excedentibus annum ualorem xxiiij duc. debent deinde intra certum tempus, desuper impetrare ab ipso Papa nouas prouisiones, & super illis expedire literas, & soluere annatam, & iura Cameræ.

Est aliud quoque Annatæ nomen Quindennium, non quidem specie, sed accidenti, & nomine tantum ab antedictis differens: quod deriuatum est hoc pacto. Cum inter alia prouisionum genera, quæ ab apostolica Sede impetrantur, sint illæ, per quas beneficia Ecclesiastica uniuntur, & annexuntur aliis, ita quod non sint amplius uacatura, quod contingit, si unio sit perpetua, nec beneficium uniatur alteri beneficio de sua natura uocabili (puta Episcopatus, aut Abbatiae alicuius mensæ, aut alijs cuius beneficio conferibili) tunc enim augetur Episcopatus, aut Abbatiae taxa, pro tertia parte quantitatis fructuum uniti beneficij, si illud no-

fit inter taxata in libris Camerae; & si sit taxatum, sans
tundem augetur taxa beneficij, cui fit unio: & sic de con-
sueta uniti beneficij annata, sedi Apostolicæ nihil detrahi-
tur; sed si beneficium annatae solutioni obnoxium, uniatur
hospitali, uel monasterio monialium, pro quibus diximus
annatam non solui, licet uacent, & conferantur: Item
si uniatur mensæ alicuius Capituli, seu collegij Ecclesiastici
secularium clericorum, uel regularium, aut congregationi,
uel etiam cuilibet monasterio Religiosorum, eorum qui ex
Apostolicæ sedis privilegio habent ius, ut ab eis electi Ab-
bates, absq; alia sedis Apostolicæ prouisione, suorum mona-
steriorum habeant administrationem. Ex huiusmodi unioni
bus, & siquæ sint aliæ, per quas præcludatur uia futuris
unitorum beneficiorum uacationibus; quoniam inferebatur
sedи Apostolicæ detrimentum percipiendi ex illis Annata-
de totius Christianitatis communi consensu, ab antiquissimis
temporibus (quod ex regeſtis Cameræ Apostolicæ appa-
ret) uisu receptum fuit, ut illi, in quorum commodum tales
uniones cedeabant, dum singularum unionum literas expe-
diebant, promitterent obligarentq; se, & successores, pro
soluenda in futurum, certis conuentis temporibus (pu-
ta finitis quibusunque quindecim, decem & octo, aut uia-
ginti annis) unitorum beneficiorum annatas, habita raz-
tione summæ, quæ pro uno quoque beneficio ante unio-
nem soluebatur: ut sic Apostolicæ sedis indemnati pro-
spiceretur, ne talium unionum prætextu, remaneret in
perpetuum priuata iure percipiendi consuetam annatam.
Atque ita processum est usque ad tempus Pauli secundi
Pontificis, qui eiusmodi solutionum uaria tempora, ad finz-
gulorum quindecim annorum initia reduxit; ab eaque dicti

Pauli Pontificis ordinatione, stabilito quindecim annorum
tempore, tractum est Quindennij nomen.

F I N I S:

UVA. BHSC. SC 09778_1